





EN el Consejo Real se dio licencia al Maestro Francisco Sanchez, Cathedratico de Rhetorica en Salamanca, para imprimir vna arte de Grammatica, como consta por la dicha licencia.

La aprobacion que entonces se dio es esta.

Aprobacion de Madrid.

DE mandato Regij Senatus supremi, legi has de lingua Latina doctiss. viri Francisci Sanctij Brocensij institutiones: dignasque iudico, quae iterum, & saepius typis mandentur: utpote quae, praeter egregiam breuitatem, qua traduntur, methodo & perspicuitate praestant. Dat. in Collegio Societatis Iesu. 4. Kal. Quintil. 1576.

Hieronimus
Hygueras.

Do-

2

Doctori desig. Domno

Luisio Abarca de Bolea, Franc.

Sanctius Brocen. S. P. D.



Vod speraueramus, nec perfici potuit, te primùm rectore (vir clarissime) vt in alia epistola significauì, rectore te iterum ita cumulatè, atq; plenissimè præstitisti, vt plura & meliora, si nobis optio daretur, vix optare conciperemus. Nam vt reliqua, quæ iustum volumen sibi poscunt, omittā : linguas, Latinam, & Græcam penè iam euanescentes, restituto Trilingui Collegio, sic in gradum reuoluisti, sic vacillantes confirmasti, vt spem firmissimam concipiamus, multò meliùs & foeliciùs, quàm antea, pullulaturas. Nec operum tuorum illud fuit postremum (siquidem in utilitatem & commodum Hispanæ iuuentutis illud dedisti) quòd me iam desidem, & de belli victoria, quod contra Hydram Lernæam, id est, contra Grammaticorum peruicaciam, iam ante triginta annos gero, sic erexisti, sic instimulasti, & in proelium acuisti, vt iners, timidus, & loci desertor, nisi tuis integerrimis exhortationibus paruisssem, meritò possim existimari. Accipe igitur serena frõte libellum, quem minaci perfici iussisti. Qui tuo afflatu, & Mineruæ praesidio fultus, facilè, vt spero, Grammaticorum siculnea tela confringet & dissipabit.

Vale.

Diuus Thomas Aquinas Prim. Secund. quæ-
stione. 97. articulo. 2.

LEX non est mutanda, quoties experientia quippiã melius adfert, ni tãtum sit bonum, vt mala infinita nouatio vincat: Ars mutari debet, quoties intellectui melius quid occurrit.

Cic. in perf. Orat.

Quidam reprehédent, quòd inusitatas vias indagemus, veritas relinqũus. Ego autem & me saepe noua videri dicere intelligo, cùm peruetera dicam, sed inaudita plerisq;.

Horatius.

*Indignor quicquam reprehendi, non quia crassè
Compositum, illepidè ve putetur: sed quia nuper:
Nec veniam antiquis, sed honorem, & praemia posci.*

Et paulò pòst.

*Vel quia nil rectum: nisi, quod placuit sibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus: & quae
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.*

Perniciosum illud apud iuriscons. Communis error facit ius. Nec enim (inquit Iulius Scaliger) quae barbaries admisit, fouenda: sed quae omisit, vindicanda. Idem:

Consuetudinem, quae legem habeat reclamantem, corruptelam esse, non consuetudinem.

Opinionum commèta delet dies, naturae iudicia confirmat. Cic. 2. Natur. Deorum.

Patet omnibus veritas, nondùm est occupata: qui ante nos fuerunt, non domini, sed duces sunt: multum ex illa etiam futuris relictum est. Seneca Epist. 33.

Las declinationes de los nombres son cinco: La primera haze el genitiuo del singular en ae: como musa musae: La segunda en i, como dominus domini: La tercera en is, como sermo sermonis: La quarta en us, como sensus sensus: La quinta en ei, como dies diei.

Exemplum primae declinationis.

Singularis.

Nominatiuo haec *Musa*,
 Genitiuo *musae*,
 Datiuo *musae*,
 Accusatiuo *musam*,
 Vocatiuo *musae*,
 Ablatiuo à *musae*.

Pluralis.

Nominatiuo, *Musae*,
 Genitiuo, *musarum*,
 Datiuo, *musis*,
 Accusatiuo *musas*,
 Vocatiuo, *musae*
 Ablatiuo à *musis*.

Exemplum secundae declinationis.

S. N. *hic Dominus*,
 G. *Domini*,
 D. *Domino*,
 Ac. *Dominum*,
 V. *Domine*,
 Ab. à *Domino*.

P. N. *Domini*,
 G. *Dominorum*,
 D. *Dominis*,
 Ac. *Dominos*,
 V. *Domini*,
 Ab. à *Dominis*.

S. N. *hoc Templum*,
 G. *templi*,
 D. *templo*,
 Acc. *templum*,
 V. *templum*,
 Ab. à *templo*.

P. N. *templa*,
 G. *templorum*,
 D. *templis*,
 Acc. *templa*,
 V. *templa*,
 Ab. à *templis*.

Exemplum tertiae declinationis.

S. N. hic sermo,
G. sermonis,
D. sermoni,
Ac. sermonem,
V. sermo,
Ab. à sermone,

P. N. sermones,
G. sermonum,
D. sermonibus,
Ac. sermones,
V. sermones,
Ab. à sermonibus.

S. N. hoc Tempus,
G. temporis,
D. tempori,
Ac. tempus,
V. tempus,
Ab. à tempore.

P. N. tempora,
G. temporum,
D. temporibus,
Ac. tempora,
V. tempora,
Ab. à temporibus.

Exemplum quarae declinationis.

S. N. hic sensus,
G. sensus,
D. sensu, vel sensui,
Ac. sensum,
V. sensus,
Ab. à sensu.

P. N. sensus,
G. sensuum,
D. sensibus,
Ac. sensus,
V. sensus,
Ab. à sensibus.

S. N. hoc veru,
G. veru,
D. veru,
Ac. veru,
V. veru,
Ab. à veru.

P. N. verua,
G. veruum,
D. veribus,
Ac. verua,
V. verua,
Ab. à veribus.

Exemplum quintae declinationis,

S. N. hic dies,

G. diei,

D. diei,

Ac. diem,

V. dies,

Ab. à die.

P. N. dies,

G. dierum,

D. diebus,

Ac. dies,

V. dies,

Ab. à diebus,

Todos los nombres de esta declinacion carecen del genitiuo, datiuo, i ablatiuo del plural, sino es dies, i res.

Exempla adiectiuorum primae & secundae declinationis.

S. N. bonus, bona, bonum,

G. boni, bonae, boni,

D. bono, bonae, bono,

Ac. bonum, bonam, bonum,

V. bone, bona, bonam,

Ab. à bono, bona, bono,

P. N. boni, bonae, bona,

G. bonorum, bonarū, bonorū,

D. bonis,

Ac. bonos, bonas, bona,

V. boni, bonae, bona,

Ab. à bonis.

Onze nombres ai, que van por bonus.a.um, pero hazen el genitiuo del singular en ius, i el datiuo en, i, vnus, totus, solus, nullus, vllus, ipse, vel ipfus, alter, vter, con sus compuestos que son, neuter, vterq;, vteruis, vterlibet, vtercunque, alteruter, i este vltimo haze el genitiuo alterutrius, vel alterius vtrius, ille, iste, alius, i estos tres vltimos hazé la neutral terminacion del singular, en udi: i todos tienen larga en prosa la, i, del genitiuo, sino es alter, que haze alterius breue.

Exemplum adiectiuorum tertiae declinationis.

<p>S. N. hic, haec, hoc prudens, G. prudentis, D. prudenti, Acc. prudentem, & prudēs, V. prudens, Ab. à prudente vel prudēti.</p>	<p>S. N. hic, vel haec breuis, & hoc G. breuis, (breue, D. breui, Ac. breuem & breue, V. breuis, & breue, Ab. à breui.</p>
<p>P. N. prudentes, & prudentia, G. prudentum & prudētium, D. prudentibus, Ac. prudētes & prudentia, V. prudentes, & prudentia, Ab. à prudentibus.</p>	<p>P. N. breues, & breuia, G. breuium, D. breuibus, Ac. breues & breuia, V. breues & breuia, Ab. à breuibus.</p>

Quinze nombres ai, que aunque van por breuis & breue, tienen otra masculina terminacion en er, que solo firme al nominatiuo de singular y declinanse, hic acer, hic, & haec, acris, & hoc acre, al qual figuen en todo alacer, celer, ceber, cāpester, equester, pedester, paluster, saluber, siluester, volucer, September, October, Nouember, December; y todos pierden la, e, vltima en los demas casos: fino es celer, que siempre la conserua.

Exemplum nominum comparantium.

<p>S. N. Hic & haec leuior, & hoc G. leuioris, (leuius. D. leuiori, Ac. leuiorem & leuius, V. leuior, & leuius, Ab. à leuiore, vel leuiori.</p>	<p>P. N. leuiores, & leuiora, G. leuiorum, D. leuioribus, Ac. leuiores, & leuiora, V. leuiores, & leuiora, Ab. à leuioribus.</p>
--	---

Nomina irregularia.

S. N. Ego,
G. mei,
D. mihi mij vel mi,
Acc. me,
Ab. à me.

P. N. nos,
G. Nostrum, vel nostri.
D. Nobis.
Acc. nos.
Ab. à nobis.

S. N. Tu,
G. tui
D. tibi
Acc. te,
Ab. à te,

P. N. vos.
G. Vestrũ, l. vestri.
D. vobis,
Acc. vos,
Ab. à vobis.

S. N.
G. sui
D. sibi.
Acc. se,
Ab. à se,

P. N.
G. sui,
D. sibi,
Acc. se,
Ab. à se.

S. N. haec domus,
G. domi, vel domus,
D. domui vel domo,
Acc. domum,
V. domus,
Ab. à domo, vel domo.

S. N. Plus,
G. pluris,
D. pluri,
Acc. plus,
V. plus,
Ab. à pluri.

S. N. Hic, haec, hoc,
G. huius,
D. huic,
Acc. hunc, hanc, hoc,
Ab. ab hoc, hac, hoc,

P. N. domus,
G. domorum, vel domuum,
D. domibus,
Acc. domos, vel domus,
V. domus,
Ab. à domibus.

P. N. plures, & plura,
G. plurium,
D. pluribus,
Acc. plures, & plura,
V. plures & plura,
Ab. à pluribus.

P. N. hi, hae, haec
G. horum, harum, horum,
D. his,
Acc. hos has haec,
Ab. ab his.

S. N. is, ea, id,

G. eius,

D. ei,

Ac. eum, eam, id.

Ab. ab eo, ea, eo,

P. N. ei vel ij, eae, ea,

G. eorum, earum, eorum,

D. eis, vel ijs.

Acc. eos, eas, ea,

Ab. ab eis, vel ijs.

S. N. idem, eadem, idem.

G. eiusdem,

D. eidem,

Ac. eundem eandem, idem.

Ab. ab eodem, eadem, eodem.

P. N. eidē vel ijdem, eadē, eadē,

G. eorūde, earūde, eorūdem,

D. eisdem, vel ijsdem,

Acc. eosdem, easdem, eadem,

Ab. ab eisdem, vel ijsdem.

P. N. duo, duae, duo,

G. duorum, duarum, duorum,

D. duobus, duabus, duobus,

Ac. duos, vel duo, duas, duo,

Ab. à duobus, duabus, duobus.

P. N. Ambo, ambae, ambo,

G. amborum, ambarū, amborū,

D. ambobus, ambabus, ambobus,

Ac. ambos, l. ambo, ābas, ambo,

Ab. ab ambob^o, ambab^o, ābob^o,

S. N. Quis, vel qui, qua, l. quae

G. Cuius, (quod, l. quid,

D. cui.

Ac. quē, quā, quod vel quid,

Ab. à quo, qua, quo, vel qui.

P. N. qui, quae, quae vel qua,

G. quorum, quarum, quorum,

D. quis, vel queis, vel quibus,

Ac. quos, quas, quae vel qua,

Ab. à quis, vel queis, & quibus.

De compositis à quis, vel qui.

Sunt aliquis, nequis, siquis, nunquis, simul ecquis,

Quorum foemineum, pluraleque neutrum, A ponet,

Post quis pone piam, Nam, quam, quis, iungimus hijsque.

Post qui: dem, Vis, Cumque, libet, iunge vnusquisque,

Hallase tambien Vnusquilibet, & Ecquisnam.

Exem-

Exemplum primae coniugationis vocis actiuae.

¶ Praesens primū.

Primer tiempo presente.

S. Amo,	<i>Io amo,</i>
Amas,	<i>Tu amas,</i>
Amat,	<i>Aquel ama,</i>
P. Amamus,	<i>Nosotros amamos,</i>
Amatis,	<i>Vosotros amais,</i>
Amant.	<i>Aquellos aman.</i>

Praesens secundum,

Segundo presente.

S. Amem,	<i>Io ame,</i>
Ames,	<i>Tu ames,</i>
Amet,	<i>Aquel ame,</i>
P. Amemus,	<i>Nosotros amemos,</i>
Ametis,	<i>Vosotros ameis,</i>
Ament.	<i>Aquellos amen,</i>

Primū praeteritū imperfectū. *Primer tiempo imperfecto.*

S. Amabam,	<i>Io amaba,</i>
Amabas,	<i>Tu amabas,</i>
Amabat,	<i>Aquel amaba,</i>
P. Amabamus,	<i>Nosotros amabamos,</i>
Amabatis,	<i>Vosotros amabades,</i>
<u>Amabant,</u>	<u><i>Aquellos amaban.</i></u>

Secun-

¶ *Secundum imperfectum.* ¶ *Segundo tiempo imperfecto.*

S. Amarem,	<i>Io amara, amaria, i amasse,</i>
Amares,	<i>Tu amaras, amarias, i amasses,</i>
Amaret,	<i>Aquel amara, amaria, i amasse,</i>
P. Amaremus,	<i>Nosotros amaramos, amariamos, i amassemos,</i>
Amaretis,	<i>Vosotros amarades, amariades, i amassedes,</i>
Amarent,	<i>Aquellos amaran, amarian, i amassen,</i>

¶ *Primū præteritū perfectū.* ¶ *Primer tiempo perfecto, o cūplido.*

S. Amaui,	<i>Io ame he i oue amado.</i>
Amauisti,	<i>Tu amaste has, i vuisse amado,</i>
Amauit,	<i>Aquel amo, ha i vuo amado,</i>
P. Amauimus,	<i>Nosotros amamos, o hemos amado,</i>
Amauistis,	<i>Vosotros amastes, o haueis amado,</i>
Amauerūt, lamauere,	<i>Aquellos amaron, o han amado.</i>

¶ *Secūdū præteritū perfectū.* ¶ *Segūdo tiempo cūplido, o perfecto.*

S. Amauerim,	<i>Io aia amado,</i>
Amaueris,	<i>Tu aias amado,</i>
Amauerit,	<i>Aquel aia amado.</i>
P. Amauerimus,	<i>Nosotros aiamos amado,</i>
Amaueritis,	<i>Vosotros aiais amado,</i>
Amauerint,	<i>Aquellos aian amado.</i>

¶ *Primum plusquā perfectū.* ¶ *Primer tiempo mas que cūplido.*

S. Amaueram,	<i>Io auia, o vue amado,</i>
Amaueras,	<i>Tu auias, o vuisse amado,</i>
Amauerat,	<i>Aquel auia, o vuo amado,</i>
P. Amaueramus,	<i>Nosotros auiamos, o vuimos amado,</i>
Amaueratis,	<i>Vosotros auiaades, o vuisse amado,</i>
Amauerant.	<i>Aquellos auian, o vuieron amado.</i>

¶ *Secūdu plusquā perfectū. ¶ Segundo tiempo mas que cūplido.*

S. Amauissem,	Io uiera, auria, o uiesse amado,
Amauisses,	Tu uieras, aurias, o uiesse amado.
Amauisset,	Aquel uiera, auria, o uiesse amado, (amado)
P. Amauissemus,	Nosotros uieramos, auriamos, o uiessemos
Amauissetis,	Vosotros uierades, auriades ouiesedes amado
Amauissent.	Aquellos uieran, aurian, o uiesssen amado,

¶ *Futurum primum. ¶ Primer futuro, para prometer.*

S. Amabo,	Io amare,
Amabis,	Tu amaras,
Amabit,	Aquel amara,
P. Amabimus,	Nosotros amaremos,
Amabitis,	Vosotros amareis,
Amabunt,	Aquellos amaran.

¶ *Futurum secundum. ¶ Segundo tiempo de futuro.*

S. Amauero,	Io amare, uiere, o aure amado,
Amaueris,	Tu amaras, uieres, o auras amado,
Amauerit,	Aquel amare, uiere, o aura amado, (amado,
P. Amauerimus,	Nosotros amaremos, uieremos, o auremos
Amaueritis,	Vosotros amaredes, uieredes, o aureis amado
Amauerint.	Aquellos amarē, uieren, o auran amado,

¶ *Futurum tertium. Futuro tercero que sirue para mandar.*

S. Ama, vel amato,	Ama tu,
Amato,	Ame aquel,
P. Amate, l. amatote	Amad vosotros,
Amanto,	Amen aquellos,

Infinitum verbum. El verbo indeterminado, o impersonal.

Amare, Amar, o que ama;
 Amauisse, Auer, o que ha amado;
 Participia. Los participios.
 Amans. El que ama, o amando,
 Amaturus, tura, turú. El q̄ ha: o esta para amar, o tiene de amar

Vox passiva. La voz passiva.

Praesens primum. Primer tiempo presente.

S. Amor, Io soi amado,
 Amaris, i. amare, Tu eres amado,
 Amatur, Aquel es amado,
 P. Amamur, Nosotros somos amados,
 Amamini, Vosotros sois amados,
 Amantur. Aquellos son amados.

Praesens secundum. Segundo presente.

S. Amer, Io sea amado,
 Ameris, i. amere, Tu seas amado,
 Ametur, Aquel sea amado,
 P. Amemur, Nosotros seamos amados,
 Amemini, Vosotros seais amados,
 Amentur. Aquellos sean amados.

Imperfectum primum. Primer imperfecto.

S. Amabar, Io era amado,
 Amabaris, i. amabare, Tu eras amado,
 Amabatur, Aquel era amado,
 P. Amabamur, Nosotros eramos amados,
 Amabamini, Vosotros erades amados,
 Amabantur. Aquellos eran amados.

Imperfectum secundum. Segundo tiempo imperfecto.

S. Amarer.	Yo fuera, seria o fuesse amado.
Amareris, l. amarere,	Tu fueras, serias, o fuesse amado,
Amaretur,	Aquel fuera, seria, o fuesse amado,
P. Amaremur,	Nos fueramos, seriamos, o fuessemos amados,
Amaremini,	Vos fuerades, seriades, o fuesseades amados,
Amarentur,	Aquellos fueran, serian, o fuesssen amados.

Futurum primum. Futuro primero.

S. Amabor,	Yo sere amado,
Amaberis, l. amabere,	Tu seras amado,
Amabitur,	Aquel sera amado,
P. Amabimur,	Nosotros seremos amados,
Amabimini,	Vosotros sereis amados,
Amabuntur.	Aquellos seran amados.

Futurum tertium. Tercer futuro para mandar.

S. Amare, l. amator,	Se tu amado,
Amator,	Sea aquel amado,
P. Amamini, l. amaminor,	Sed vosotros amados,
Amantor.	Sean aquellos amados,

(personal.

Infinitum, o impersonale. El verbo indeterminado, o im-

Amari. Ser amado, o que sea amado.

Amatú, l. amatú iri. A que se ame.

Participia. Los participios.

Amatus, amata, amatum, Cosa que es amado

Amādus, da, dum. Cosa que ha, o deve, o tiene de ser amado.

Exem-

Secunda coniugatio Actiua voce, Praesens primum.

MOneo. mones. monet. Monemus, monetis, moent, io auiso.
Praesens secundum. Moneam, moneas, moneat. Moneamus, mo-
neatis, moneant, io auise.

Imperfectum primum. Monebam, monebas, monebat. Monebamus
monebatis, monebant. io auisaua.

Imperfectum. 2. Monerem, moneres, moneret. Moneremus, mone-
retis, monerent, io auisara, auisaria, i auisasse.

Primum praet. perf. Monui, monuisti, monuit, istis, monuerunt vel
monuere, io auise, he, i oue auisado.

Secundum praet. perf. Monuerim, monueris, monuerit. Monuerimus
monueritis, monuerint, io aia auisado.

Plusquam perf. primum. Monueram, monueras, monuerat, Monue-
ramus, monueratis, monuerant, io auia auisado.

Plusq. perf. 2. Monuissem, monuisses, monuisset. Monuissemus,
etis, monuissent, io ouiera, auria, i ouiesse auisado.

Futurum primum. Monebo, monebis, monebit, Monebimus, mone-
bitis, monebunt, io auisare.

Futurum secundum. Monuero, monueris, monuerit. Monuerimus,
ritis, monuerint, io auisare, ouiere, i aure auisado.

Futur. 3. Mone vel moneto. Moneto, monete vel monetote. Mo-
nento, auisa tu, auise aquel, auisad vosotros, auisen aquellos.

Infinitam verbum. Monere, Monuisse, auisar, auer auisado.

Participia. Monēs, Moniturus, a, um, el que auisa, o auisando,
el que ha de auisar, o esta para auisar.

De Coniugationibus.

9

Passiua voce, Praesens primum.

Moneor, moneris, vel monere, monetur. Monemur, monemini, monentur. io soi auisado,

Praesens secundum. Monear, monearis vel moneare, moneatur. Moneamur, animi, antur. io sea auisado.

Imperfectum. 1. Monebar, monebaris, vel monebare, monebatur. Monebamur, monebamini, bantur. io era auisado.

Imperfect. 2. Monerer, monereris, vel monerere, etur. Moneremur, emini, entur. io fuera, seria, i fuisse auisado.

Futurum primum. Monebor, moneberis, vel monebere, bitur. Monebimur, monebimini, monebuntur. io sere auisado.

Futurum. 3. Monere vel monetor, monetor. Monemini, vel monemini. Monentor. se tu auisado, sea aquel auisado, sed vosotros auisados, sean aquellos auisados.

Infinitum. Moneri. Monitum. ser auisado, a que se auise.

Participia. Monitus, monita, tum. Monendus, da, dum. cosa auisada, cosa que ha, o deue ser auisada.

Tertia Coniugatio. Actiua voce. Praesens primum.

LEgo, legis, legit, Legimus, legitis, legunt. io leo.

Praes. 2. Legam, legas, legat, legamus, legatis, legant. io lea.

Imperf. 1. Legebam, legebas, legebat, vt Monebam.

Imperf. 2. Legerem, legeres, legeret, legeremus, legeretis, legerent.

Prae. perf. 1. Legi, legisti, legit, vt Monui.

Praet. perf. 2. Legerim, legeris, vt Monuerim.

Plusq. perf. 1. Legeram, legeras, vt Monueram.

Plusq. perf. 2. Legissem, vt Monuissem.

Fut. 1. Legam, leges, leget, legemus, legetis, legent.

Fut. 2. Legero, legeris, vt Monuero.

De Coniugationibus.

Fut. 3. Lege, vel legito, legito, legite, vel legitote, legunto, Lee tu, lea aquel, Leed vosotros, lean aquellos.

Infinit. Verb. Legere, Legisse, Leer, Auer leido.

Particip. Legens, Lecturus, a, um. El que lee, o leiendo, El que ha de leer, o esta para leer.

Passiua voce. Praesens primum.

L*Egor, legeris, vel legere, legitur, legimur, legimini, leguntur.*

Praes. 2. Legar, legaris. l. legare: vt Moncar.

Imperf. 1. Legebar, legebaris. l. bare. vt Monebar.

Imperf. 2. Legerer, legereris. l. ere, vt Monerer,

Fut. 1. Legar, legeris. l. legere, legetur, emur, emini. entur.

Fut. 3. Legere, vel legitor, Legitor, Legimini. l. legiminor, Leguntor.

Infinit. Verb. Legi, Lectum, Partic. Lectus, a, um, Legendus, a, um.

Quarta Coniugatio. Actiua voce: praesens primum.

A*udio, audis, audit: Audimus, auditis, audiunt.*

Praes. 2. Audiam, audias, audiat. amus, atis, audiant.

Imperf. 1. Audiebam, audiebas, vt Monebam.

Imperfe. 2. Audirem, audires. vt Monerem.

Pract. perf. 1. Audiui. isti, it. vt Monui.

Praet. perf. 2. Audiuerim, vt Monuerim.

Plusq. perf. 1. Audiueram, vt Monueram.

Plusq. perf. 2. Audiuissem, vt Monuissem.

Fut. 1. Audiam, audies, audiet, emus. etis. audient.

Fut. 2. Audiuero, vt Monuero.

Fut. 3. Audi, vel audito, Audito, Audite, vel auditote, Audiñto.

Infin. verb. Audire, Audiuisse.

Partic. Audiens, Auditorus, a, um. El que oye, o oyendo. El que ha de oyr, o esta para oyr.

Passiva voce: Præfens primum:

A *Vdior, audiris, vel audire, auditur. Audimur, dimini, diuntur:*

Præf. 2. Audiar, vt Monear, legar.

Imperf. 1. Audiebar, vt Monebar, legebar.

Imperf. 2. Audirer, audireris, vt Monerer.

Fut. 1. Audiar, audieris. l. ere, vt Monear, legar.

Fut. 3. Audire. l. auditor, auditor, Audimini, l. audiminet, audiuntor:

se tu oido, sea aquel oido, sed vos oidos, sea ellos oidos.

Infi. verb. Audiri, Auditum, Partic. Auditus, a, um, Audiendus, a, um, oido, a oirse, cosa oyda, cosa que ha, o deue ser oida:

De verbis anomalis.

Sum, es, fui, esse, ens, futurus: Præf. primi.

S *um, es, est, Sumus, estis, sunt. io soi.*

Præf. 2. Sim, sis, sit. Simus, sitis, sint. io sea.

Imperf. 1. Eram, eras, erat. Eramus, eratis, erant. io era.

Imperf. 1. Essem, esses, esset, vt Monuisssem. io fuera, seria, y fuesse:

Perf. 1. Fui, fuisti, fuit, vt Monui. io fui, he, i huue sido.

Perf. 2. Fucrim, fueris, fuerit. vt Monuerim. io aia sido.

Plusq. perf. 1. Fueram, fueras, vt Monueram. io auia sido.

Plusq. perf. 2. Fuisssem, vt Monuisssem, io ouiera, auria, i ouiesse sido.

Fut. 1. Ero, eris, erit, Erimus, eritis, erunt. io sere.

Fut. 2. Fuero, fueris, vt Monuero. io fuere, ouiere, y aure sido.

Fut. 3. Es. l. esto, esto, Este, vel estote, sunt. se tu, sea aquel, sed vos otros, sean aquellos.

Infinium verb. Esse, vel fore, Fuisse. ser, auer de ser, i auer sido.

De Coniugationibus.

Partic, Ens, Futurus, a, um. el que es, o siendo, el que ha, o de-
ue ser.

¶ **Fero, fers, fert. Ferimus, fertis, ferunt. Ferrem, ferres, ferret. &c.**
Ferre. Fut. 3. Fer, vel fertio. Ferte, Vel fertote. Pass. Feror, ferris,
vel ferre. caetera, vt Lego.

¶ **Volo, vis, vult, volumus, vultis, volunt. velim, velis. &c. Vellem,**
velles, &c. Velle. Futur. 3. caret. sed dic Noli, vel nolito, nolite, vel
nolitote.

¶ **Edo, es. est. Edimus, editis, edunt. Essem, esses, esset, Essemus, esse-**
tis, essent. Futur. 3. Es, vel esto. Esse. Pass. estur.

¶ **Forem, fores, foret, forent. Fore. pro Essem, &c.**

¶ **Odi, Noui, Coepi, Memini, in praet. & ab eo formatis, & Memen-**
to, mementote.

¶ **Eo, Queo, Veneo, Ibam, & ibo, & Iens, eundus ab Eo.**

¶ **Dic, Duc, Fac. Cedo, pro dic, vel da. Faxo faxis. fut. I.**

Formationes.

De Amo, amem.

De amas, amabam, amarem, amabo, ama, amare.

De amat, amato.

De Moneo, moneam.

De mones, monebam, monerem, monebo, mone, monere.

De monet, moneto.

De Lego, legam, as, & legam, es.

De legis, legebam, legerem, lege, legere.

De legit, legito.

De audio, audiam, as: & audiam, es.

De audis: audiebam, audirem, audi, audire.

De audit, audito.

Ram, Rim, Ro, ssem. sse, perfecta priora creabunt.

Todo verbo en OR, carece de praeterito: pero puede se le suplir por *sum, es, fui*, y el participio passiuo. Las de mas personas se forman deste modo.

Formatio passiuorum.

O.)	<i>Assumit.</i>	(R.
T.				VR.
A.E.L.				RE.

Mutabis in Passiua.

<i>As.</i>		<i>âris & are.</i>
<i>Es.</i>		<i>èris & ère.</i>
<i>Is.</i>		<i>êris, & êre.</i>
<i>Is. quartae.</i>	I N	<i>îris & îre.</i>
<i>Vs.</i>		<i>Vr.</i>
<i>M.</i>		<i>R.</i>
<i>Tis. & Te.</i>		<i>mini.</i>
<i>Tote.</i>		<i>minor.</i>

Infinittum Re in Ri, praeter legi.

¶ Del participio en Rus salen los participios de la passiuua en Tus, & tus, sus, Xus. Quitada la Ru: Mas no todos los de Rus, forman passiuos: vt, Oriturus, moriturus, luiturus, futurus, cariturus, cognosciturus.

¶ Lo que llamauan supino in Vm: es tiempo segundo del infinitiuo passiuo: vt, eo petitum pecunias: cuius actiua es: Eo petere pecunias.

DE PARTIBVS ORATIONIS.



Rammatica est ars rectè loquēdi: cuius finis est congruens oratio. Oratio constat ex vocibus: Voces ex syllabis: Syllabæ ex literis.

Litera est indiuidui soni comprehensio, estque vocalis aut consona.

Vocalis est litera, quæ per se syllabam efficit, vt, A, E, I, O, V, ex his quatuor fiunt diphthongi, æ, œ, au, eu, vt, æs: poena, laurus, Eurus, & yi Graeca, vt Harpyia. & ei, apud antiquos, vt oueis.

Consona sine vocali syllabam non efficit. Sunt autem quindecim. Ex quibus septem semiuocales, L, M, N, R, S, X, Z, sed, L, R, liquefcunt præcedente muta, Mutæ octo, B, C, D, E, G, P, Q, T.

V, post Q, liquefcit: & post G, & s, aliquando: vt sanguis, suavis.

I, & V, fiunt consonantes; si feriant vocalem: vt iuuat. Y, solis Graecis vocibus accommodatur, & est V, nostrum. H, litera non est, sed aspirationis nota. X. & Z, sunt duplices, & I. inter vocales: vt aio. Caius.

Syllaba est integri soni comprehensio, vt dos, flos. Haec aut est breuis, quæ vnum tempus consumit: aut longa, quæ duo: aut anceps, vt mox dicetur.

Vox seu dictio est qua vnumquodque vocatur. Cui accidunt Accentus, Figura, Species. Accentus est vocis modalatio, de quo postea. Figura ostendit, sit vox simplex, an composita. Species, sit ne vox prima, an aliunde flexa. Voces omnes aut numeri participes sunt, aut expertes.

Numerus est differentia vocis secundum vnitatem, aut multitudinem. Et est duplex, Singularis, qui vnum significat, vt homo viuit. Pluralis, qui plura, vt homines viuunt.

Voces numeri participes sunt, Nomen, Verbum, Participium. Expertes numeri: Praepositio, Aduerbum, Coniunctio. Quæ partes orationis appellantur.

De Nomine.

Nomen est vox particeps numeri casualis cum genere. Ex quibus differentis oritur declinatio.

Casus est specialis differentia numeri nominalis. Sunt autem casus sex. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Genus est differentia nominis secundum sexum. Genera sunt tria: Masculinum, cuius nota est hic: vt, hic dominus. Foemininũ, hæc: vt, hæc musa. Neutrum, hoc: vt hoc templum. Dubium verò solo auctorum arbitrio, nunc masculinè, nunc effertur foemininè, vt hic vel hæc cortex.

Diuiditur nomen in Substantiuum, & Adiectiuum. Substantiuũ est, quod cum vno genere declinatur, vt pater, mater. Adiectiuum genus non habet, sed terminationes ad genera, sub vno fine, vt foelix, par, oriés. Vel sub duobus, vt fortis & forte, dis, & dite. Vel sub tribus: vt bonus, bona, bonum. Hispanè fere semper significat *cosa*.

Declinationes quinque sunt. Prima facit genitiuum singularem in .ae. vt musa musae: Secunda in .i. vt, dominus domini, Tertia in is. vt sermo sermonis. Quarta in us. vt sensus sensus, Quinta in ei. vt dies diei.

De specie Nominum.

Deriuatiuorũ nominũ plura sunt genera, sed haec praecipua. Possessiua, diminuta, comparantia, superlata.

De Partibus Orationis.

Possessiuum est, quod idē significat, quod genitiuus vn de creatur, vt paternus, meus, tuus, suus.

Diminutum, quod minus significat, quam suum primo- genium, cuius semper genus & significationem seruat: vt à fune funiculus, à rege, regulus.

Comparans nomen est quod vnum, vel plura quocun- que modo superans dissoluitur in positiuum, & aduerbiū Magis: vt doctior, magis doctus. Comparantia non fiunt nisi à nominibus adiectiuis, quæ positiua vocantur, à pri- mo casu in I. addita OR: vt, penitior à penitus, a, um.

Superlatum nomen est quod dissoluitur in positiuum & Aduerbium Maximè: vt doctissimus, maximè doctus.

Superlata fiunt ab eodem casu, addita lsimus: vt potissi- mus à potis & pote.

Haec tria dant llimus: Similis, facilisque humilisque.

Cum rectus sit in E R. ternus gradus in Rimus exit.

Vt veter, & deter: queis matur iungito priscum.

Sex Timus accipiunt, dexter, ceterque, sinister,

Interus, atque vltter: extremus & extimus exter.

Inferus infima habet, Superus cum postera, Tremus.

Bonus melior optimus: Malus peior pessimus: Magnus maior maximus: Paruus minor minimus: Multum plus plu- rimum. Et composita à dico, facio, volo, quæ faciunt En- tior, entissimus: vt maledicus, beneficus, beneuolus.

Quædam carent aliquo gradu: vt, Primus prior. Senex senior. Iuuenis iunior. Adolescens adolescentior, proxi- mus proximior seu proprior. Pius pijsimus. Falsus falsissi- mus. Inuitus inuitissimus. Nouus nouissimus. Ocior ocissi- mus, ab ocys Graeca.

De Verbo.

Verbum est vox particeps numeri temporalis, cum personis: ex quibus differentijs oritur coniugatio.

Omne verbum aut personale, vel finitum est: vt amo, legissem: aut impersonale, vel infinitum: vt amare, amauisse, amari, de quib. postea.

Tempus est specialis differentia verbi secundum praesens, praeteritum, & futurum. Sunt verò quinque, praesens, imperfectum, perfectum, plusquam perfectum, futurum. Sed haec in verbo infinito non distinguuntur.

Persona (quae rectius facies diceretur) est alia differentia numeri verbalis: ea est triplex: singularis prima, vt Amo; secunda, vt Amas; tertia, vt Amat: pluralis prima, vt Amamus: secunda, vt Amatis: tertia, vt Amant. Ab ijs dicitur verbum Personale, aut Impersonale.

Coniugationes quatuor sunt: prima habet As, in secunda persona primi praesentis, vt Amo, amas, amare: secunda Es, vt Moneo, mones, monere: tertia Is, & infinitum in Ere, breue, vt Lego, legis, legere: quarta Is, & infinitum in Ire, longum, vt Audio, audis, audire.

De specie verborum.

Deriuatiuorum verborum quatuor enumerantur formae: Inchoantis, Meditantis, Frequentatis, Diminuentis.

Inchoatiuum verbum est, quod rem quidem inchoatam, sed ad finem, perfectionemque tendentem significat: vt Calefco, frigefco.

Meditatiuum est, quod assiduam alicuius rei meditationem significat: vt Esurio, parturio, coenaturio.

Frequentatiuum, siue Iteratiuum est, quod refrequentationem, iterationemque significat: vt Rogito, lectito, scriptito.

De partibus orationis.

Diminutum est, quod minus, quàm id, vnde ortum est, significat: vt Sorbillo, à sorbeo.

De Participio.

Participium est vox particeps numeri casualis, tempus, & constructionem à verbo ducens: Amans, amaturus, in actiua omnia tempora adsignificant; sicut Amatus, & amandus in passiua.

De Praepositione.

Praepositio est vox expers numeri, quae casibus praepo-
nitur, & in compositione reperitur.

Praepositiones accusatiui sunt, Ad, apud, ante, Cis, ci-
tra, circa, contra. Erga, extra. Inter, intra, infra, iuxta.
Ob, per, propter, post, praeter, penes. Supra, Trans,
Vltra.

Ablatiui sunt, A, ab, abs, absq;. Cum, de, E, ex, Pro, prae,
Sine. Tenus.

Accusatiui & Ablatiui. In, sub, subter, super.

Praepositiones, quae tantum in compositione reperiun-
tur, Am, con, dis, di, re, se.

De Aduerbio.

Aduerbum est vox expers numeri, quae verbo, & alijs
vocibus tanquam adiectiuum adiungitur: vt, valde
constans: differit acutè, bene, manè. Aduerbia sunt etiam:
circiter, propè, proximè, pridie, postridie, procul, secus,
vsque.

De Coniunctione.

Coniunctio est vox expers numeri, qua orationes con-
iunguntur: Etiam si sensa separentur: vt Romæ, vel
in agro viuit.

De Genere Nominum.

Propria cuncta genus fugiunt, raro inspicie fines.

Inferiora etenim nomen generale sequuntur.

Vir, mons, vrbs, fluuij, insula, fabula, nauis, & arbor.

Mascula sunt hominum officia: & muliebria dant haec.

Non variata feras neutra: & pro nomine sumptum.

De Genere dubio.

Hic, aut haec sit Adeps: Calx, cortex, clune, canalis.

Atque Dies, Finis, forceps. Tum Grossus: & Imbrex.

Linter: Margo, & Onyx: Puluis, pumexque, penusque.

Scrobs, specus, atque silex, stirps trunci, Torque, Varixque.

Multaque quae è Graecis Os, in Vs, vertere Latini.

Regula terminationis.

A, & E, foemineum: Adria mas, planeta, cometa.

Ternae A, & E, neutrū: ceu pascha, emblema, cubile.

O, mas: haec Do, Go, per Inis: Mas cardo, vel ordo.

Haec caro, & verbale in Io: queis talio iunges.

C.T.L.VM, neutrum sal, mugil, Solque virile.

N, mas. Men, neutrum, gluten simul, inguen, & vnguen.

Atque On, non ternae: Haec sindon, icon, aedon.

Ar, neutrum: Er mas: Hoc cicer, huber, verque cadauer,

Iungis iter, tuber, verber, piper, atque papauer.

Or, mas, Haec arbor: Neutrum cor, marmor, & aequor.

Vr, neutrum. Mas turtur, vultur, iungito fursur.

S, muliebri dabunt: as, & sua turba virile:

Vas, atque aes, neutrum. Hic elephas, adamasque, tigras.

Hic aries, paries, pes, verres, meridiesque.

De genere Nominum.

Es plurale: Es, itis crescens: Esq; addito Graecam.

Hic pollis, fascis, iunge ensis, piscis, & axis,

Glis, cucumis, mensis, vermis, cum sanguine, postis.

Et torris, caulis, follis, vectis, lapis, unguis.

Et cenchris, retis, vomis seu vomer, & anguis.

Fuste, orbis, callis, collis. Finita Nis adde.

Os. Vs, mas. Hæc dos, cos: Neutrum os oris, & ossis,

Hæc humus, hæc aluus, vannus, domus, & colus, idus.

Porticus, atque tribus, cum ficus, acusque, manusque.

Hoc pelagus pelagum, vulgus vulgum, hoc quoque virus.

Vs. ternæ neutrum. Mas, mus, grus, pus, lepus, & sus.

Foemineis dantur variata per Vtis, & Vdis.

Mascula sunt mōs, fons, dēs, pōs: Et Graeca, vt hydrops seps.

X. dato foemineis: Maribus polysyllaba in Ax. Ex.

Et grex: Hæc fornax, halex, carexque, supellex.

Mas lynx, fornice. Orix, phoenix, calixque, calyxque.

De nominum declinatione.

IN neutris primus, quartus, quintus similes sunt.

Tres iidem casus plurales A, retinebunt.

Est quintus recto similis: S, tollito Graecis.

Tertius & sextus plurales assimilantur.

Prima Declinatio.

Prima dat A, nostris, As, Es, E, Graeca dabuntur.

E, dabit Es, patrio: quarto En, atque E, dato sexto.

Auras aurai patrio dant saepe poetae.

Secunda Declinatio.

Altera Er, Vs, Vm, virque satarque, Eus pone Pelasgis.

Vir, puer excrescunt: velut R. si Rus dedit olim,

Vs, per E: mutabit quintus: Deus excipe tantum.

Sed proprium per Ius, dabit. I. dic mi quoque fili.

Dijque dei, atque deis dijs, Hic sed saepe poetae.

Orpheos, Androgeo patrio, dantque Orphea quarto.

Tertia Declinatio.

Tertia dat varios fines, tamen Is, genitiuo.

Is, nec E, crescunt: vates, verres: E S, muliebre.

A, dat atis: sed O, onis. Nemo, cardo, homo, Apollo.

DO, GO, foemineum, margo, ordo, Inis, caro, carnis.

Vnedo fert Onis: Anio Nerioque dat Enis.

Crescit Is: L, N, R, lac lactis, lacte hoc olim.

Men, Cen, petten Inis, gluten simul inguen & vnguen.

On, aliquando Ontis Graecis: cor nataque cordis.

Ber, bris: Cer, cris: Tris Latium in Ster, Ter: nisi later.

Robur, ebur, femur, atque iecur mittuntur in Oris.

Postulat, As, Atis. Sed Adis, dat Graecus & antis,

Vas vadis & vasis, as asis, mas maris optat.

Es dat Itis: Cererisque Ceres. Etis ariete perpes:

Praepes, hebes, paries, teres, indiges, interpretsque,

Inquies, & locuples, magnes & caetera Graeca.

Edis, pes, merces, haeres. Idis à sedeo ortum.

Sed teges, atque seges, abiesque quiesque dat Eris.

Graeca Idis: & cuspis, lapis: Itis, disque, quiris, lis.

Glis gliris: cucumis, puluis, vomis, cinis. Eris.

De nominum Declinatione.

Pollis, sanguis, Iris, Simeo, Piroisque dat Entis.
Os, oris: con, flos, Sed otis dant compos & impos.
Et Graeca: atque nepos: tum dos, cos, atque sacerdos.
Quaedam Ois, ut Minos, custodis, bos bouis, ossis.
Multa Vs, Eris. Sed Oris, facinus, lepus, & decus, stercus.
Et nemus, & cergus, pectus, cum tempore, frigus,
Hoc pecus & litus, corpus: cum foenore, pignus.
Vdis dat subscus, palus, incus, dat salus Vris.
Additur, & virtus, seruitque Iuuenque senectus.
Grus & sus dat iis: tellus & monosyllaba in Vris.
Pus deducit Odis. Sed in Vntis oppida quaedam.
AEs, aeris, praes, praedis habent: laus, fraus petit Audis.
S, sine vocali (ut frons, lens, puls) vertitur in Tis,
Lens, frons, glans, nefrens, libripes, Dis, aucupis, auceps.
I, mediat cum Bs, Ps, syllaba finit, hyemsque,
E, per I, mutabunt polysyllaba, sed caput, atis.
X, in Cis verte: ut, fax. Lectilis edo supellex.
(Demto halex, veruex) E, per I, polysyllaba vertunt.
In Gis, lex, grex, rex, remex. Phryx, coniuge mastyx.
Frugis, & impetigis, Styx, strix, & pleraque Graeca.
Chis dat onyx, nox noctis habet, niuis & senis edam.
Foemineum Is, non crescens E M, siue I M. dato quarto.
I M. sitis, & tussis, vis buris, peluis habebunt.
Graeca in Is, Im, siue In, mittunt parisyllaba, ut Iris.
Sextus E, vult semper. Sed E, aut I postulat imber.
Atque adiectiua: ut pugil & Trix: adde supellex.
Amne, ignis, postis, vectis, rus, anguis, & vnguis.

Quartus in Em, siue Im, semper dabit I, vel E, sexto.

Al. Ar. E, neutrum I. dat, Sed E, far, nectar, inbar, hepar.

Plus pluri melius. Sic, Im, aut In, dantia quarto:

Es, recto & quarto. Sed Ia, cum sextus habet I.

Comparatiua tamen per A, solum, plusque vetusque,
V M, patrius. Sed Ium. dabit imber, vter, caro, linter.

Quaeque in Ia, mittunt rectum: queis addis a plustra.

Es. Is, non crescens (vates, iuuenis, canis, Vm, dant.)

Sed monosyllaba ium, praeter dux, nux, suz, grus, frux.

Ren, fur, flos, mos. Tros, grex, lex, rex, vox, laus, pes, prex.

Atque boum bos, bubus, bobus pone datino.

Tertius est in Ibus. Sed Atis mage neutra Pelasga.

Tres casus Graecos retinent hic saepe poetae.

Si crescat nomen: ceu Pallados, Hectora, Troas.

Quarta Declinatio.

Quarta dat Vs recto: dat & V. prius inuariatum.

Quatuor Vbus habent arcus, partus, tribus, artus.

Quinta Declinatio.

Es olim patrius: sed & E. ij, saepe poetae.

Erum. Ebusque caret pluralis: tolle, dies, res.

De Verborum Praeteritis actiuis,

& passiuis.

Compositum, simplexque modo flectuntur eodem.

Quum geminat simplex, composito tolle priorem,

Non Posco, Disco, Sto, Do, vult currit vtrumque.

Prima

De quantitate syllabarum.

Prima Coniugatio.

Prima dat, Aui, atus: sed ùi, quod terna regebat.
Sūt domo cūbo, sono atq; tono, crepo, tū Plico, ad, ex, In,
Et frico, cumque veto, seco, cum neco, sic mico tantum.
Atque lauo laui lautus: proles lui, utus.
Do dedi atque datus: dedit atque ditus sua, ternae.
Sto stetit ac status: composita stiti itus, & atus.
Potum & potatum Poto: adiutus inuo iuni.

Secunda Coniugatio.

ES dat ùi: atque caret: sed debet, habet, monet itus.
Dic doctus, mistus, tostus, de censeo census.
Di, sus, dant, video, cum prandeo, sedique sessus.
Mordeo, cum Pendeo, tondeo, spondeo geminabunt.
Si: mulcet, mulget, terget: vrge, ardet, & haeret.
Indulget, fulgetque, alget, Maneoque, re, per, con.
Eminet, & fratres per ui: inbeo quoque si, ssus.
Si, sus, dant suadet, ridet: sed torqueo tortus.
Xi, luget, friget, lucet: tamen augeo xi, ctus.
Cui, itus Cico, cuius composita quartae.
Eui dant fleo, cum pleo: sic vieo, Neo, Delet.
Quaeque Vleo gignit, velut obsoleo, atque aboleuit.
Dant veo, vi, tantum. Moueo, voueo accipit Otus.

Tertia Coniugatio.

EXi, ectum ab specio, & Latio. Elicio elicui dat.
Et fugio fugi. Rapio rapui quoque raptus.
Dat pario peperit partus. Cupio iui itus.
Meio mixi, ictus. Iacit & facit, ecit, & actus.

Et capio cepi captus: Sapio sapui, ini.
 Ab quatio cussi cussus: Fodi quoque fossus.
 Saepe ño mittit ùi: Raro vtus, vt de Luo nata,
 Deque ruo: Mittit fluo fluxi: dat struo xi, etum.
 Bo, bi, dat tantum: vult nubo, scriboque psi, ptus.
 Dico, duco xi etus: Parsi parco peperci.
 Sed vinco vici victus: sic ducitur Ico.
 Sco, vi dat: sed itus quæ à Nosco: & Posco poposci.
 Pasco, ani pastus Disco didici: compesco ùi.
 Do, Di, Sus, N, scindo findo fundoque linqunt.
 Sed geminat Pendo, tendo: tutudi quoque tundo.
 Pando dat passus, pansus: frendoque fressus,
 Pedo pepedi: dat cecidit cado, caedo cecidi.
 Si, sus, claudo, cedo cessi, & diundo, plaudo,
 Vadere, ludo, laedo, rado, rodoque trudo.
 Vexit vecta vehens: à traxit tracta trahuntur.
 Go, xi, etus. Sed fingo, stringo, pingoque, pango.
 Deme secundo N. & pepigi à prisco dabo pago.
 Figo, & frigo: xus. Pungo punxi, pupugi, vinctus.
 Actus dant tango tetigi, frango: & ago, egi.
 Et lego legi lectus, Dego, prodigo, Egi.
 Diligit exi, ectus, intelligo, negligo iungas.
 Si, sus dant Mergo, cum spargo, tergeo, tergo.
 Lo, dat ùi, tantum: colo, consulo, occulto, ultus.
 Percello, cullus, culit: & pello populi vllsus.
 Fallo fefelli: vello velli vullsi que vullsus.
 Tollo olim tetuli, sed nunc cum fallo carebit.

De Praeteritis.

Mo, ùi: At psi, ptum promo, como demere sumo.
Emi, emtus dat emo, contra Premo pressi pressus.
Et cano dat cecmi: ciniui sua: cernoque creni.
Temno temsi, temtus: Sperno spreui spreus.
Lino, sino iui, itus: lini leui quoque lino.
Dat pono posui positus, dixere posui.
Et gigno genui genitus: sterno stravi, atus.
Po, psi, sed carpo, sculpo ptus: Rumpo, vpr, ptus.
Coquo coxi coctus: liqui linquo relictus.
Verro verri: vssi, vstus: curjus curro cucurri.
Tum gero, gessi, estus: fero dat tulz: altaque latus.
Atque satus sero seni: paucis sua erui, erius.
Quaero quaesivi, itus: dat tero triui tritus;
Esso, si, vel siui, itus, dat visoque visi
Pinxit à Pinso, pistusque, & pinsita, pinsa.
Cto, xi, xus. Pecto etiam xui, Peto iui, itus.
Dat mitto misi missus: meto messuit essus.
Verto verti versus: sterto, ùi: vnoque vixi.
Sisto stiti status: soluo, voluo vi, & vrus.
Nexantem à nexor Maro. Texo texuit, exus.

Quarta Coniugatio.

Quarta dat Iui, itum, aut ij. Haec melius tria xi, etus,
 Sancio, vincio, amicit, sed sepeli dabit ultus.
 Si, tus, dant farcit, fulcit, sarcit quoque, sepit,
 Haurio: sed sensi tantum, sali, saluitque,

De quantitate syllabarum.

18

Et venio veni ventum est. Sed veneo, ab ire est,

Ab perio ùi, ertus:ri, comperit, & reperit vult.

De praeteritis deponentium.

EX Or, finge, O, actinè, hinc tamen excipe pauca.

Labor submitit lapsus: loquor & sequor vtus.

Passus dat patior: ratus à reor, ordior orsus,

Experior, misereri Ertus: fateor quoque fassus.

Metior & meusus: gratior gressum, vtor & vsus.

De Quantitate Syllabarum.

SImplicis observant composita creataque normam

Compositi pars prima brevis, quum I. definit, aut O.

Deme dies me lius, tibicen, vbique, & ibidem.

De diphthongo & positione.

Diphthongum produc: & curtam consona duplex.

Post curtam muta & liquida anceps carmen habebunt.

De vocali ante vocalem.

Est brevis ante aliam Latij; E, ducito quintae

Deme fides, res spes, fio cum R breuiabit.

Ins anceps patrius: brevis al' er, profer alius.

De praet. dissyllabis: & geminatis.

Praeteritum produc dissyllabon, atque supinum.

Sed fidii à findo, & scidit, & bibit, & tulit arctant.

Do dedit atque datum: steri status, adde quitum, citum.

De quantitate syllabarum.

*Et ratus, & rucus, & situs, & satum, itumque litumque.
Quod geminat binas breuiat, nisi caedo, pepedi.*

De praepositione in compositione.

*Longa A, De, E, Se, Di, Pro, sed Re curtat vbique.
Curta A, Pro, Graecorum: procul, atque propago proteruus.
Fer, festum, fanum, fundus, propero profiteris.
Et profugit, proneposque profecto, procella, ficiscor.
Propello variat, propino, profundo, procuro.*

De Incremento nominis.

*Casum, qui rectum transcendit, crescere dicas:
Haec breuiant monosyllaba, bos, crux, daps, duce, fax, grex.
Lar, lybs, mas, nex, nix, nux, ops, par, pes, phryge, pix, prex.
Sal, scobs, scrobs, stips, stryx, styx, traïs, trux, vir, vade,
vix haec.
Corripe A, iunge O inis, duc neutrum Al: El, quoq; iunges.
Duc N. seruans vocalem: ex On consule Graios.
R breuis, Ar neutrum tendit: sed corripe bachar,
Et iubat, & nectar: Ter Graecum duc: & iberos:
Or, tendit: breue neutrum, Graecum, tum memor arbor.
Atis ab As, produc: sed anas, & Es, breuiabunt.
Longa haeres, merces, locuples, quies. Attica in Etis.
Is, breuis, absque Itis. duc Os: breue compos & impos.
Vs retinens V, longum est, intercus, pecus aufer.
S, breuiat, sed P S. Graecum mage tendit, vt hydrops.
X, in gis breuiat, longum Ax. hic consule Graios.*

Ex retinens E, longum est: Ix, Ox, Vxque sequuntur.

Curtis filix, fornix, coxendis, histrice, natrix.

Adde Cylix & Bryx, calicisque, larixque, varixque.

Cappadocis, praecoxque, salix, & onyx: caput adde.

Crescens plurale A, E, O, produc I, V. curta.

De Incremento verborum.

Ultima vocalis, quam dat persona secunda.

Primi praesentis tibi sit primum incrementum.

A, longum est. Do, da breuiat, compositaque primae.

E, longum est. Ram. Rim. Ro: cum Beris & Bere curtant,

Et legor, & legerem, in primis: legere imperat, in fin.

I, breue, ceuerimus, eritis, perfecta que prima.

I, longum ante V. mox quartae incrementa priora.

Anceps sit Rimus, Ritis, duc nolo, velim, sim.

O, crecens semper producit: V. breuiatur.

De Accentu.

Accentum in se ipsa monosyllaba dictio petit.

Exacuit sedem dissyllabon omne priorem.

Ex tribus extollit primam penultima curta.

Extollit se ipsam quando est penultima longa.

De figuris in carmine.

Vocalem perimit verbi synalcepha prioris.

M, perit eccl' ipsi, cum vocali praeunte,

Syneresis binas iungit: cui, decrit, & iisdem.

De quantitate syllabarum.

Syllaba (vt aular) diuisa, diæresis esto.

De vltimis syllabis.

O anceps: longa As, Es, Os, monosyllaba, N. A. V. C. I.

Exceptiones.

B. D. T. an, in breue: es, is, quin, cis, fac, bis, quis, os ossis.

Nec, ne, que, vel, ve per. Ast, fer, vir, hic masculus, anceps.

Curat A per casus: hinc tamen excipe sextum

Et quintum, cuius rectus producit, vt Hyla.

Et breuiobis ita eia, quia, Ginta sit anceps.

E, Graecum: & quintae casus vt postridie duc.

Adde fame longis, valde, fermeque, fereque.

Iungo secundae aduerbia (sed male cum bene demtis.)

Longa doce, & similes (vide cum vale caue anceps.)

I, Graeca interno & quinto breuia: addito Moly.

Sed nisi, vbi, quasi ibi, mihi, cum tibi, cūque sibi anceps.

O Graecum, Oque secundae duc: aduerbia curtant.

En dat Inis curram, velut On, non ternae, vt Abydon.

Attamen & tamē. An quartus modo rectus A praestet.

Er eris Graecum (addis iber) duc, Ceitiber anceps.

Graeca As, Adis breuiant: As & Es pluralia Graeca.

Curta Es Itis: penes, haud aries, abies, paries, Ceres.

Is, Itis duc: plurale Is: Is verba, quae in Itis.

Os breuiat Graecis: Latinis compos & impos.

Vs, retinens V. longum est semper: Graecaque cuncta

Et quartae casus: sed rectum deme priorem.

De Constructione.

nomina propria, vel appellatiua posteriori respondeat, Graecum est, vt est stella, qui Mars dicitur: haec vrbs vocatur Athenae: ludi fuerunt Megalesia appellata.

Tantus, quantus, talis, qualis, tot, quot, non sunt relatiua, sed quodlibet suis verbis adaptatur, vt vidi caelum tantum, quanta est rota.

De sui & suus.

Dvo ex relatiuis propriè reciproca sunt, sui & suus: quibus tantummodo vtemur, cum verbi suppositum prius aut principalius referimus: vt Ariouistus Caesari dixit, non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse. Sed si nulla potest contingere ambiguitas, hoc praecepto non astringimur, nunquam autem continget, vbi est prima vel secunda persona, vt cepi columbam in nido suo, vel eius, vel ipsius. Nec etiam in his, & similibus, Regis est gubernare suos: natura admonet homines suae sortis. Hoc nomen Quisque, trahit ad se reciprocum, vt iustitia tribuit suum cuique. Cum hac praepositione **I N T E R** dicimus, contenti docti inter se: & contentio est doctorum inter se, vel inter ipsos.

De rectione casuum.

Genitiuus possessorem semper significat, idque actiue aut passiue. Semper à nomine regitur, vt lectio librorum Ciceronis. Sed nomen vnde regitur, sepius subicitur: quod ignorantes Grammatici docuerunt verba posse regere genitiuum: vt accuso te furti, magni emisti, regis est gubernare, deest crimine, precio, officium. Dicimus ite venit in mentem illius diei: Castra aberant bidui: cum in animo haberem nauigandi, supple recordatio, iter, propositum. Quinque sunt verba quae genitiuum regere videntur,

dentur, miseret, taedet, pudet, piget, poenitet: sed genitiuus à nomine, quod in his verbis intelligitur, depēdet: est enim (teste Prisciano) miseret metui, miseratio tenet me tui: & poenitet me peccati, poena peccati me tenet. Illa verò Graeca omnino sunt, desine querelarum, abstine irarum, implere ollam denariorum, eges medici, eo ad Mineruae: Graeco item more in genitiuis locorum deest locus, vrbs, vel oppidum, vt natus Romæ, A Egypti educatus: domi manet, humi sedet. Item domi bellique clarus, supple, tempore, sed si addas adiectiuum genitiuo locus non erit: vt natus in magna Roma, cubat in dura homo. Dicimus tamen, domi mex, tuae, suae, nostrae, vestrae, alienae.

Aliquando genitiui duo ab eodem nomine pendent: vt magna est hominum querela tuae superbiae: sed frequentius alterum genitiuorum in possessiuum mutamus, vt nocturna lectio librorum, in Ciceronis Tusculana villa mea praeceptoris officia, vestra multorum diligentia, meum praedium Prisciani, contra Vallam, nam meus, tuus, suus, nihil differunt à caeteris possessiuis.

Datiuus semper acquisitionem significat, seu vltimum finem, quare cui is orationi apte iungitur: vt Aristoteli spongiae sentiunt, utilis capiti, amicus mihi, petitur tibi argentum, mihi ita videtur, non cernitur vlli cede, vel decede maiori, vae victis, tibi expedit, mihi non conuenit.

Duplex etiam datiuus reperitur, vt sum tibi dicto audiens, delegi mihi locum domicilio, reliquit mihi pignori vestem, datur tibi hoc vitio, tu tibi id laudi ducis, habes me tibi despectui, despiciatui, frustratei.

Accusatiuus aut est infiniti suppositum, aut actiuorum

appositum, aliter semper à praepositione pendet. Nam in tempore & mensura, & locorum priorum nominibus deest praepositio, vt vixit annos centum, vel per annos centum, natus ante annos centum, pendet aries libras triginta, latus vel longus vlnas duas, eo Romam: tendit Italiam, sic Rus & domum. ¶ Duos eiusdem rei accusatiuos multa verba recipiunt. Duos diuersæ rei accusatiuos nullum verbum admittit, vt mox dicetur.

Vocatiuus nullius est personae verbalis, sed rem designat, cum qua sermonem communicamus: ideò non regitur, est enim veluti extra contextum orationis.

Ablatiuus à praepositione pendet, sed eleganter illa multis modis subicitur, nam in comparatione (vt, doctior Cicerone) deest Prae. In instrumento, vel modo, Cum, vt Saxo percussit, egit insidijs. In precio, Pro. vt, magno emisti, in tempore De vel In. vt, hora prima, tribus annis. In ablatiuo quem falso absolutum vocant, si sit persona, deest Sub. vt Philippo rege, me praeceptore, si vero aliarum rerum deest A, vel In, vt, lectis tuis literis coenabimus, legedis carminibus fies poeta. Huic aduerbio. Vnde, respōdet, A, vel Ab, vt palleo metu: vacuus curis: praeditus virtute. Sed in frequentiori vsu haec solent amittere praepositionem.

Prosequor, impertit, caret, affice, dignor, egetque,

Victito, vitor, vescor, fungor, potior, fruor, alget.

Implendi, ornandi, spoliandi, iudicijque.

De Nominibus adiectiuis, comparatiuis, & superlatiuis.

A Diectiua nomina (participijs actiuis exceptis) nullū casum regunt, nam quādo dicimus: Romanorum primi: Romanorum doctissimi: deest ex numero. Illa vero ple-

nus rimarum: lassus viarum: integer vitae: sceleris purus: cupidus honoris Graeca sunt, in quibus deest Graeca praepositio Ek: quae apud illos genitiuum regit: dignus honore: vacuus curis: viduus pharetra: frumento copiosus supple Ab.

In comparatorum ablatiuis deest Prae: vt sanctior Cato, quo in loco particula, Quam, nominatiuum, vel accusatiuum tantum iuxta verbi naturam postulat.

In superlatiis & cōparatis genitiuus ille partitionis est, non comparationis: vt Romanorum priores, Graecorum doctissimus. i. ex numero Graecorum maxime doctus.

De constructione verbi.

Diximus constructionem diuidi in concordiam & rectionem. Si concordiam spectes, omnia verba sunt personalia aut impersonalia, vt ego lego, me legere. Si verò rectionem, actiua, aut passiuā.

De verbis personalibus.

Personale, seu finitum verbum est, quod personas numeros, & tempora finit: vt amo, legissem. Personale verbum semper & necessario habebit ante se nominatiuum, vt tu doces: nos percutimur: illi frigent: vos piscamini: abite: aedesum. Aliquādo infinitum, vel alia oratio, verbi suppositum est, vt fugere vitium est virtus: quaeritur quis primus naues inuenerit, Tribus autem modis suppositum solet intelligi: primo, in primis & secundis verborum personis: vt, legis, viuimus: secūdo, in verbis ad famā pertinentibus: vt, aiunt, ferūt, praedicāt: tertio, cū in verbo lateat suppositum eiusdem rei, vt pluit, lucefcit, deest pluuia, lux: quibus adde quinque illa verba (quae falso dicuntur impersonalia) miseret, taedet, pudet, piget, poenitet, deest misericor-

De verbis impersonalibus.

ricordia, tædium, pudor, pigritia, poena, vt diximus.

Multi recti singulares per syllepsim figuram plurale verbum exoptant dignioris personae: vt, si tu & Tullia vale-
ris, ego & Cicero valemus. ¶ Si post verbum personale se
sequatur nomen ad suppositum pertinens erit nomina-
tiuus: vt lego inuitus.

De verbis impersonalibus.

Impersonale, seu infinitum verbum est, quod neque nu-
meros, neque personas, neque tempora determinat. Et
est duplex, Perpetuum, & Participiale. Perpetuū, vt Ama-
re, amauisse, amari. Participiale, vt Amaturum, amatum,
amandum. Sed amaturum, & amandum, à Ciceronis tem-
pore exoleuerunt. Amatum, vel amatum iri, remāsit, vt cre-
do libros lectum iri, i, legi, & venisti pecunias petitum, cu-
ius actiuum est venisti petere pecunias.

Impersonale verbum semper an e edit accusatiuus, sae-
pius subintellectus: vt cupio me hoc scire: volo libros le-
gi, vel lectum iri.

Semper pro nomine capitur: vt, virtus est vitium fuge-
re: Tempus est abire: Cantare paratus: Non tanti emo poe-
nitere: Erat dignus amari. Aliquando verum nomen est:
vt scire tuum, nostrum viuere triste.

Si post verbum impersonale nomen sequatur ad suppo-
situm pertinens, erit accusatiuus: vt malo dici diuitem,
quàm auarum haberi: Praeceptoris interest esse probum:
Non expedit tibi fieri iudicem: vtor amico cupiente voca-
ri iustum. Sed Graecos hîc frequentius imitamur: vt cupio
dici doctus, & fieri iudex. Illa verò: Non vacit tibi esse
quieto: licet esse beatis. Graeca sunt, Latinos canones ex-
cedentia.

De Verbis Actiuis.

Actiuum verbum est, quod actionē significat, vt viuo, amplector, memini. Semper & necessario transit in accusatiuum: vt amo literas: sic delectat, iuuat, decet, oportet, refert, vt, hoc refert mea negotia, id est, repræsentat. Sæpe pro accusatiuo infinitum, vel, alia oratio ponitur, vt nolo tuum velle: dico tibi ne temere facias.

Verba actiua duplicia sunt, quædam enim transeunt in varios accusatiuos, vt amo, lego, percutio: alia (quæ falso neutra dicuntur) vni tantum accusatiuo cognatae significationis adhaerent: vt viuo, seruiō. Hic autem accusatiuus cognatus (vt Pleonasmū effugiamus) rectius subicitur: vt, filius tuus dormit, currit, gratulatur, iocatur, gaudet, supple somnum, cursum, gratulationem, iocum, gaudium, sic egeo, indigeo, vapulo, nascor, orior. Qui tamen accusatiuus necessariō apponitur, si addendum sit adiectiuū: vt, duram seruis seruitutem: hilarem vitam viuīs: cantilenam eandem canis: consimilem luserat ille ludum: iudicauit iudicium inclytum: Endymionis somnum dormis. Aliquando proprius accusatiuus transit in metaphoricum: vt, Corydon ardebat Alexin: nubes pluant iustum: terra germinet Saluatorem.

Accusatiui me, te, se, ferè non apponuntur quoties suppositum & appositum idem sunt: vt illa iam lauit, nupsit regi: nox præcipitat, emerfit ex malis: bene res vertat: voluētibus annis, deest se, vel etiam accusatiuus cognatus. Credo tibi: indulgeo tibi, subaudi, me.

Multa verba per cumulum geminant eiusdem rei accusatiuum: vt, Deum vocamus patrem: præsta te virum: facimus te arbitrum: dedit agrum dotem & similia.

De Constructione.

Duos vero diuersae rei accusatiuos nullum verbum regit. Nam in altero illorum Graeco more deest kata, id est, circa, iuxta, vel per. Tales vero accusatiuos nullum verbū respuet: vt. Quid me accusas? Quid me horres? Nihil me timeas, Plurimum te amo. Multa me incusas. Multa gemēs ignominiam. Nunc id operando. Insueuit pater hoc me.

Dicimus spargo, vel, sterno solum herbis, & herbas solo: defendo vel prohibeo aestum capellis vel à capellis, & capellas ab aestu: dono te corona, & tibi coronā, celo vel doceo te hoc, & te de hoc, & celo tibi hoc, posco te veniā & à te: sic omnia verba poscendi, inuideo te multa & tibi multa: hoc decet te, vel tibi: praesto, praestolor, antecedo, antecedo, antesto te, vel tibi: deficiunt & latent me pecuniae, & mihi pecuniae: eripio tibi & à te pecunias: imperitio te bono, & tibi bonum.

De verbis passiuis.

Passiuum verbum est quod passionem significat: vt viuatur, curritur. Passiuum verbum nihil praeter suppositum desiderat: vt virtus laudatur, tua res agitur: Accusatiuus actiuorum hic semper erit suppositum, nec vnquam aliter. Sed si supprimitur in actiua, etiam in passiuā subtrahitur, vt curritur, viuatur, egetur. Si duo sunt eiusdem rei accusatiui ambo mutantur, vt voco te poetam, tu vocaris poeta. Video te tristem, tu videris tristis. Si vero sunt diuersae rei accusatiui, ille tantum mutatur qui non dependet à praepositione, vt doceo te artes, tu doceris artes, moneo te iusta, tu moneris iusta: moneo tibi iusta, iusta monentur tibi. Nam falso quidam docent datiuum in nominatiuum posse verti.

De verbo substantiuo.

Sum, es fui (cui fio vel suo admunerantur) nec actiuum nec passiuum est, sed vtrisque radix & fundamentum, habet vtrinque nominatiuum, vt Deus est charitas: fili esto sobrius: esto tu Caesar amicus. Dicimus patris est, vel patrium est castigare: regis est vel regium est gubernare: & subintelligimus officium, munus, negotium, siue consilium. Non tamen dicimus mei est, sed meum est, quia genitiui Mei, tui, sui, nostri, vestri, primitiuorum in hac parte locum non habent, ne pariant ambiguitatem.

Quod si accedat praepositio Inter, dicimus patris interest castigare, & regis interest gubernare, & subintelligimus accusatiuum pluralem, negotia, officia, siue consilia, nec tunc illis quinque genitiuis vrimur, sed accusatiuis mea, tua, sua, nostra, vestra, cuius vel cuius, vt non mea, sed regis interest gubernare, id est, gubernare non est inter mea, sed inter officia regis.

Saepe vni aut duobus datiuis acquisitionis adhaeret: vt sunt mihi amici, tacendum est tibi: docenda mihi causa est: hoc erit tibi lucro, honori, curae. Cum nomine Opus dicimus: opus est mihi libris, & libri sunt mihi opus: & opus est factu & facere.

De participijs.

Participia suorum verborum casum admittunt, iunguntur alijs verbis: sed praecipue substantiuo per omnia tempora: & cuius temporis verbum fuerit, eiusdem ferè & participium erit: vt excita dormientem, excitau dormientem: excitabo dormientem, dicturus fui, dicturus ero, iussus feci, iussus faciam: abstinui à causis agendis, abstinebis à causis agendis.

De Constructione.

Primum participium passiuum significat passionem: praeter pauca, quae ab actiuis in Or descendunt, vt amplexus hominem, pertaesus ignauiam: quaedam actionem, & passionem, sed diuersa syntaxi: vt comitatus illum, & comitatus ab illo. Pransus, coenatus, potus nomina sunt.

Participium in, dus, perpetuò passionem significat: vt plectendus, poenitendus, veniendum est, dicendi, cantando, ad orandum. Frustra quaerit Valla quando admittat aut respuat praepositionem: nam sequitur suum substantiuum, vt, accepi puerum docendum, & accepi ob puerum docendum pecunias: currit iterandam viam, & currit ob praemia obtinenda.

De Participialibus.

Participia tribus modis fiunt nomina: Constructione, vt, doctus iuris, iurisperitus, alieni appetens, amans vxoris, tempus est legendi librorum: Comparatione, vt, doctior, amantior, Compositione, vt indoctus, indiligens.

Sunt quaedam nomina quae participia videntur: vt, populabundus agros, vitabundus castra hostium. Item illa ocreatus, hastatus, pileatus, barbatus, laureatus, tunicatus, sed haec à nomine non à verbis ducuntur, & illa antiqua, quid tibi hanc tactio est? quid tibi hanc rem curatio est, fortè deest kata.

De Praepositione.

Praepositio ante verbum non semper intrat compositionem, sed fertur in casum vltiorem: vt, Hercules interfuit homines: & homines interest societas. Cicero, Quae si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est: Seneca. Nihil interest hos, & illa. Horat. villa quae superest Claudi cauponas, idem, nequid medios intercinat actus.

Idem,

De Constructione.

De Aduerbio.

ADuerbia nullum omnino casum regunt, nisi pro nomine capiantur: vt crurum tenus, abūde gloriae, vbi- que gentium, satis testium, pridie eius diei, postridie ludorum, in reliquis est ellypsis: vt ò curas, hei mihi, en Priamus, ecce homo, heu me, vae victis.

Vbi significat locum in quo fit aliquid: vt Ambulat in foro. Cui respondent aduerbia Hic, istic, illic. Si respondeant nomina semper erunt in sexto casu cum In, expressa vel tacita: vt in rure, vel ruri, Burgis, Hispali. Nam cum legimus: Habitat Romae, natus Toleti, vixit Aegypti: deest in vrbe, oppido, prouincia.

Vnde, i. à quo loco, respondent Hinc, istinc, illinc. Inde, eminus, cominus, foris, aliunde. Et nomina in sexto casu cum praepositione A, vel ab, ex, de, e. Vt coelo de coelo: de rure vel ruri: Roma de Roma.

Qua, non est aduerbium, sed sextus casus. i. qua via: cui respondent ablatiui Hac, istac, illac, quaquam, quauis, quacunque. Et ablatiui locorum cum In: vt, In qua via iturus est? in Latina, in via sacra. Aut damus accusatiuum, cum Per, vt vagatur Italia, in Italia, per Italiam.

Quo est accusatiuus pluralis suppressa praepositione Ad, vel In. i. ad quae loca. Cui respondent accusatiui antiqui Huc, istuc, illuc: vel Hoc, isto, illo, eo, aliquo, quoquo, intro, foras, peregre. Saepe additur praepositio: vt quoad adeo, vsque adeo, quocirca.

Huius generis sunt aduerbia Quorsum, horsum, istorsum, sursum, deorsum, rursum, prorsum, dextrorsum, sinistrorsum, aliorsum, retrorsum, introrsum, venum, pessum.

De Coniunctione.

Coniunctionis officium est sententias, non casus, aut similia verba connectere, vt emi iibrum drachma, at que etiam minoris. Non sunt coniunctiones Quare, quã-obrem, quapropter, sed nomina cum praepositione: vt qua de re, ob quam rem, propter quae. Hae coniunctiones temper postponuntur, q; ne, ve, quidem, quoque, autem, vero, etiam.

De figuris Constructionis.

Figura est anomalia siue inaequalitas partium, quae fit per exuperantiam, per defectum, per discordiam, & inuersum ordinem. Sunt igitur quatuor figurae, Pleonasmus, Ellipsis, Syllepsis, Hyperbaton.

Pleonasmus, seu Parelcon fit, quum ad legitimam constructionem aliquid additur: vt, A des dum: Itera dum eadẽ ista mihi: magis beator: maxime pessimus, viuere vitam, pugnare pugnam.

Ellipsis est defectus dictionum ad legitimam constructionem: vt paucis te volo: noctuas Athenas.

Zeugma quoque, id est iugatio, vel connexio defectus est verbi, seu dictionis in aliqua oratione expressi, quum in alijs desideratur: vt, vtinam aut hic surdus, aut haec muta facta sit, Liuius, Ego, populusque Romanus populis Latinis bellum indico, facioque.

Syllepsis. i. conceptio fit, quoties scriptor aliud genus, vel numerum concepit, quã scripsit: vt, Vbi scelus est, qui me perdidit? Duodecim millia signati: pars in frustra secant.

In Syllepsi numerorum quaerimus digniorem verbi personam: vt, Ego & Cicero valemus. ¶ In Syllepsi

De Constructione.

generum ad masculinum fit relatio, si ibi sit: *sin minus ad genera ibi expressa.* Exemplum primi. Virg.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum.

Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.

Exemplum secundi: Sueton. In libera ciuitate linguã, mentemque liberas esse oportere. Quum vero multa praecedentia, cuiuscunq; generis sint, per neutrum referimus: non Syllepsis, sed Ellipsis est: vt *virga tua & baculus tuus ipla me consolata sunt.* Ouid.

Classe virisque potens, per quae fera bella geruntur.

Hyperbaton, siue Hyperbasis est vocum transgressio, & ordo perturbatus: cuius partes sunt, Anastrophe. i. ordo praeposterus: *Mecum, tecum, secum, nobiscum, & mea interest, pro est inter mea negotia.* Item Tmesis. i. sectio: vt *Septemque Triones.* Est & Parenthesis quum secatur oratio: vt, *Huc (si me amas) accede.* Est & Synchesis. i. turbatus & confusus ordo. De his late Minerua.

De Hellenismo.

Hellenismum, siue Graecam syntaxin vocamus, quum Latini ita Graecos imitantur, vt Latina norma defendi nequeant.

Trahitur casus ab alio casu, dummodo alter regatur: Plautus: *Sed istum, quem queris, ego sum Cic.* Aliquid agis eorum quorum consueuisti.

Trahitur etiam casus inter duo verba à non suo verbo. Terent. *Hanc metui, neme criminaretur, pro haec.*

Trahitur etiam genus à genere: vt, *vidi templum, quale est mons.* i. qualis. Est stella, qui Mars dicitur pro quae.

Saepe Graeci ante infinitum praemittunt rectum: vt, *Cupio esse diues, pro diuitem.* Ouid. in Fastis.

*Seu genus Adraſti, ſeu furus apius Ulyſſes,
Seu pius Aeneas eripuiſſe ferunt.*

Sepiſſime ponunt Graeci accuſatiuos verbis, aut nomi-
nibus ſuppreſſa praepoſitione κατὰ: vt fractus membra,
frangitur membra, docetur carmina, purgor bilem.

Vtuntur ſaepe genitiuo ſuppreſſa, praepoſitione ἐκ, vel
ἐξ, vel, περί: vt integer vitae, ſcelerisq; purus: eges medi-
ci: implentur veteris Bacchi: Abſtine irarum, deſine que-
relarum.

De praeceptis haecenus.

ANNOTATIVNCVLAE.

Quoniam Minerua noſtra dilucide, vere, atque ordine
Grammaticorum tenebras diſcutit: & praeceptorū,
quae hic traduntur, exactam reddit rationē: hic
tantum aliqua, quae ad has inſtitutiones explanandas ſpe-
ctant, obiter percurremus.

Datiuo ſenſu, vel ſenſui. Quam ſit in uſu datiuus in V: abū-
de docet noſtra Minerua lib. 3. cap. 9. ubi exploditur foeti-
dum iliud ſupinum in V. Adde etiam hic alia exēpla: Pro-
pertius lib. 1. Alternae facilis cedere lymphā manu. Virg.
8. Aeneid. Altiffima viſu. Aeneid. 6. teq; aſpectu ne ſubtra-
he noſtro. Apuleius lib. 8. Metamor. Si luctu legitimo mi-
ſerrimae foeminae neceſſarium conceſſeris tempus.

Acer, acris, acre. Terminatio in Is, ſaepe masculinis & foe-
mininis accommodatur, vt breuis. Terent. Eun. Quid tu
es triſtis? Quidue es alacris? Virgil. 5. Aeneid. Ergo alacris,
cunctoſque caet. Et. 6. Aeneid. Alacris palmas utraſque te-
tendit. Ennius (vt citat Prifcianus) ſomnus acris. Cic. in

Annotationes

Rhet: locus celebris, an desertus. Idem: annus salubris, an pestilens. Tibull. lib. 2. Deus celebris. Asconius Paed. 2. Ver. Alacer, siue alacris, vtrunque enim dicitur, est is, qui viget sensibus vniuersis. Quin & terminatio in Er, foeminis adiungitur: vt in carmine Osceno: Tener vaccula: & celer puella. Vnde Alciatus in Emblem. de Ate: Euolat haec pedibus celer, & pernicipibus alis.

Datiuo domui, vel domo. Horat. lib. 1. Epist. Ponendaeque domo quaerenda est area primum. Cato de re rust. c. 134. & 138. saepe repetit: domo, familiaeque meae.

Ablatiuo à domo, vel domu. Plaut. Milite, act. 1. Ex hac domu. Idem Mercat. Ab se domu. Tibull. lib. 3. eleg. 3. citante Brisonio. *Conspiciusque domu.*

Accusatiuo ambo, duo. Plaut. Epid. vos video ambo aduentare. Idem Bacch. Ambo vt necem. Virg. Si duo praeterea tales Idea tulisset Terra viros. Plaut. Mostel. Quae senes duo docte ludificat.

ANNOTATIONES IN GENVS nominum.

Illud imprimis acriter aduertendum, & saepe pueris inculcandum: Propter sola adiectiua reperta esse in substantiuis genera. Nam si adiectiua non essent, nihil esset opus generibus. Quum enim dicimus: Reuereor patrem: Ne laedas hominem: Exclude canem: non refert cuius sit generis, donec addendum sit adiectiuum. Nec adiectiua genus habent, sed terminationes praescriptas ad genus: vt paulo ante diximus. Hinc iam colligamus, Genus in illis nominibus non esse quaerendum, quae adiectiuis adiun-
gi

gi non possunt. Qualia sunt Ego, Tu, Sui, & Deorum & hominum nomina propria. Si enim dicas: Tu es doctus, sed ille est doctior: deest homo, vide Homo in Ellipsi. Quin- & nomina propria montium, fluuiorum, urbium non solent recipere adiectiuum. Nam in magna Tarento deest vrbs: in molle Tarentum, deest oppidum, vide Ellipsin. *Causas quare in Minerva. lib. 1. cap. 8.*

Prima igitur regula datur, non de proprijs nominibus hominum, sed de illorum officijs, vt poeta, scriba, agricola, coelicola, orator, mercator. Feminarum vt Nympha, ancilla, obstetrix: & multa in Trix, Officium porro hic latissime sumitur, vt pater mater, frater soror, auunculus matertera, focer, focrus, eunuchus, & similia. Agricultura, praectura, seruitus, episcopatus, non sunt hominum officia, sed nomina ipsorum officiorum. Nomina vero Deorum, pro rebus quibus praesunt, adiectiua suscipiunt: vt Tellus arenosa: dubio Marte pugnatum. Hora. Cupidine falso. *(Inferiora etenim.)* Sensus est, Nomina generalia urbium, fluuiorum, herbarum, auium, gemmarum, montium, nauium, & arborum, etiam si non exprimantur postulant suum adiectiuum. Nec enim, vt aiunt, nomina urbium, nauium, & poematum sunt foemina: sed in magna Roma deest vrbs: magna Centaurus, nauis: Eunuchus Terentiana, fabula: magnus Albula, fluuius: dictamnium pota, herba, Delphica laurus, arbor, vide Ellipsin. *(Raro inspicie fines.)* Aliquando, inquit, terminationem nominum magis sequimur: vt durum robur: longum laburnum: rectos cupressos dixit Ennius: Palladius lotus, Martial. lib. 8. & Plin. lib. 16. c. 10. arbores, quos tubulos vocant. idem lib. 24. c. 8. folia eorum tenerrima: loquitur de platanis. Graecorum in hac parte mira varietas: saepe sequuntur

Annotationes

terminations, itaq; & masculine & foeminine proferunt. Hinc in sacris Biblijs legimus: Praeparat ibi buxos multos & Quasi libanes non incisus vaporavi habitationem meā. Itaque pinaster, oleaster masculina sunt iuxta terminationem: sed si dicas magna oleaster, deest arbor. Sic dicitur Martius Narbo, & barbara Narbo: Hyppo regibus dilectus. Silius lib. 3. Ad Sycionem oppugnandum. Cice. Att. lib. 1. Arduus Acragas. Virgil. idem dixit altum Praeneste, & alibi Praeneste sub ipsa, Horat. Anxur impositū saxi. Ovid. Candidus Anxur, idem Sulmo vberimus vndis, vide Ellipsin. (Nou variata.) Nomina non declinata (nisi sint adiectiua, vt nequam, & numeralia) neutra sunt: vt literarum nomina. Item.

Hippomanes, cacaoethes, Nar, gith, spinter, & I. V.

Cepe, adde cete, Tempe, Soracte, melosque.

Gausape, eposque, chaos, nil, & frit, fasque, nefasque.

De genere dubio.

GENUS dubium proprie vocamus, quo autores vsi sunt sine discrimine nunc masculine, nūc foeminine. Itaq; vulgus, & penus, & specus non numerantur inter ambigua, quum neutra reperiūtur. Multa erant olim ambigua, quae nunc nō sunt: vt callis, cinis, funis, aluus, colus, acus. Multa etiam ex dubiorum numero reieci, quae alij admiserant: vt nomina animalium quae sub vno sine vtrumque sexum significant: haec enim epicoena dicūtur à Graecis, sed sunt masculina vt coruus, hubo, aut foeminina, vt aquila, dama, vide Foemina in Ellipsi. Cardio masculinum est, apud priscos etiam foemininum, calx pro calcaneo ambiguum: pro lapide cocto Graecum est, & cum aspiratione debet scribi chalcx, estque semper foem. Dies ambiguum, etiam

etiam in plurali. Cice. pro Plan. ò reliquas dies omnes noctesque, quibus. Finis ambig. vide Ellipsim. Forceps, forpex, forfices idem sunt, sed diuersa scriptura. Alij volunt inter sese differre, quos reprehendit Charisius lib. 1. Linter saepius foem. sed masculinum quoque esse tum aliqua testimonia docent, tum lintricus deminutum quo utitur Cicero lib. 10. Att. Puluis Hetrusca dixit Catullus. Penus secundae vel quartae ambig. Sed penus oris, & penum, & penu, neutrum. Idem dicendum de specus. Varix ambig. apud Cornelium Celsum lib. 7. capit. 17. & 32. Seneca Epistola. 68. dum varices exsecandas praeberet: foemininum esse indicat etiam varicula. Nomina Graeca in Os, quae Latini vertunt in Vs, mire variant apud illos, nec certa regula constitui potest.

De genere terminationis.

Discant pueri variam terminationem aut declinationem varium genus efficere. Nam vt diximus, Penus oris, & penum peni, & penu penu, neutrum est, at penus, i. & penus penus ambig. Panther eris masc. Panthera, ae, foem. sic stater, crater: barbiton, i, neut. barbitos ambig. sic costiò, Ilion. Tiaras masc. tiara foemin. hoc sale, hic sal, hic cassis cassis pro rete, sed melius in plurali casses, haec cassis dis, vel cassida ae, p galea, hic retis is, hoc rete is. Varro, Plautus, & antiqui semper scripserunt haec canes, vnde canicula; postea factum est hic canis, vnde caniculus, vomer, & vomis idem sunt, sicut mugil & mugilis.

A. & E, foemineum.) Vt ferula, musa, Grammaticae, rethorice, parasceue. Adria fortassis nullius est generis, quia proprium nomé, legimus, vagus Adria, inquietus, improbus, sed deest sinus, & in ipso sinu ciuitas est eodem nomine.

Annotationes.

Silius lib. 8. Statque humectata Vomano Adria. sub. vrbs,
 vel ciuitas, vide Sinus in Ellipsi. De polenta: nugis armati
 digladiantur Grammatici, foemineum omnino est, versus
 Ouidij ex lib. 5. Met. sic legit Turnebus. Prodit anus, diuā-
 que videt, lymphamque roganti Dulce dedit, tosta quod
 coxerat ante polenta, id est, mulsum dedit quod coxerat
 polenta tosta. ¶ *o mas.*) Vt cento, carbo, titio, pugio, pernio
 papilio, vespertilio, curculio. Vnedo pro fructu mascu. si in
 ueniatur foem. deest arbor, Turbo turbonis semper, nam
 turbinis est à recto turben, ita Charisius. Cudon, burdon,
 ligon, harpagon, mangon primae fuerunt positiones, legi-
 mus enim cudonas, & harpagonas Graecos accusatiuos.
 Sed in his & similibus postea N. detrahi consuevit, vt Pla-
 to, Brito, Agamemno, vide Priscianum, lib. 6. ¶ *Et verbale in*
Io.) Vt portio à partior, ratio à reor, conditio, regio, ditio,
 ratio, obliuio. Male per corpus explicant hanc regulam:
 nam ternio, quaternio, senio corpus non habent, & sunt
 mascu. Rursus regio, possessio corpus habent, & sunt foem.
 vide vallam lib. 4. cap. 2. vnio pro gemma tantum apud La-
 tinos accipitur. ¶ *Do, Go, foe.*) Vt acredo, dulcedo, cupedo,
 inter capedo: libido, crepido, solitudo, habitudo, testudo,
 fortitudo, solitudo, valetudo (barbara sunt albedo & nigre-
 do) suffrago, caligo, rubigo, fuligo, ferrugo, aerugo. Homo,
 latro epicaena masculi: Nemo adiectiuum, vt nemo homo,
 nemo vicina apud Plaut. nemo dies apud Prudentium, &
 non nemo, id est, aliquis apud Ciceronem. Praesto aduer-
 bium est. Plaut. Merc. Atque istos rastros villico praesto ip-
 si facito coram vt tradas in manum. Idem Persa. Nam ibi
 tibi parata praesto est. Terent. andr. Ipsum adeo praesto
 video cum Dauio.

Nomina in I, & V, non variantur, ideo hic non apponuntur. ¶ C. T. L. Vm, neut.) Vt lac, olim hoc lacte, halex concise & neutraliter protulit Horat. nam propriè halex foem. Caput, occiput, tynciput (reliqua à caput adiectiua sunt, vt triceps, centiceps) vectigal. tribunal, puteal, cervical, mel, fel, nil, sed hoc non variatur, In Ol, & Vl, nulla sunt neutra. Vm finita sine vlla penitus exceptione sunt neutra, vt scortum, mancipium, Clycerium, Dorcium, Dinacium: quia Graecis diminuta sunt. Si tamen sint nomina propria non recipient adiectiuum. Et quum Terentius dixit Mea Glycerium, subaudi amica (vt docet etiam Priscianus.) Nam sic dicimus Cicero meus. s. ciuis, amicus, homo, &c. ¶ N. mas.) vt Titan, Azan, delphin, vel delphis, Python, canon, & illa quae supra retulimus ligon, harpagon, vdon, cudon.

Men, neutrum.) vt carmen, limen, lenimen, flamen pro vèto, nam pro sacerdote mascul. Hymen vero proprium est, pro carmine nuptiali aut membrana, qua foetus inuoluitur, masculinum est ¶ On, secundae neut.) vt enchiridion, eulogion, encomion, symposion, barbyton, cry stallon, costò, Ilion, quae si finiantur in Os, erunt foeminina, vel potius ambigua.

Ar neut.) Vt coclear, laquear, torcular, puluinar. *Er, masc.*) Vt ager, agger, anser, asser, cancer, carcer, caper, culter: imber, liber, passer, vesper, veper quo vsus est Columell. libr. 11. capite. 3. sed vepres in plurali frequentius. Et multa in Ter, vt Auster, oleaster, pinaster, praester. Et Graeca, vt panther, clyster, praester, halter. Tres siseres dixit Plinius libr. 20. cap. 5. Laler, melius lalerpicium, zinziber non dicitur, sed zinziberi in declin. At vero September, October,

Annotationes

ber, Nouember, December adiectiua sunt, vide Mensis in Ellipsi. ¶ *Or, masc.*) Vt candor, nigror, amor, fulgor, sopor, cruor, rumor, moeror, dolor, color. ¶ *Vr, neut.*) Vt guttur, sulphur, murmur, ebur, femur. Furfures, masc. etiã in sing. Plin. lib. 18. c. 9. & lib. 26. cap. 2. Nomina in S. foemina sunt pleraque omnia. ¶ In As, vt aestas, pietas, maiestas, iuuentas, & anas, olim haec anatis is, & alia innumera. ¶ In Es, vt seges, abies, sanies, res, spes, quies, requies, molles, vulpes, & haec canes olim, vnde canicula, haec compedes à compedio, non compes, haec pecudes dis, non pecus, haec sepes, vel seps. ¶ In Is, vt pellis, valis, bilis, ouis, culpis, nauis, clavis, vis, pestis, vestis, peluis, turris, pyxis, febris, apis, nõ apes vt somniant. ¶ In Ys, Graeca, vt Chlamys, chelyx, pelamys, Erinnyes, pitys. ¶ In Os, duo tantum Dos & eos. ¶ In Vs, illa quae excipiuntur à regula. ¶ In S. cum consonanti: vt ars, plebs, seps. Nunc singula repetamus Composita & deriuata ab As asis sunt masc. praeter vncia, sunt autem hae: vncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, Composita sunt, vt lemissis, decussis, centussis. Es, compposita à Pes pedis, adiectiua sunt, vt bipes, tripes, quadrupes, compedes à compedio, non à pes, foem. ¶ Es plurale, vt Coelites, penates, annales, pugillares, casses, sales, antes, Manes, lemures, furfures, tuberes pro quodam fructu, proceres, sentes, vepres, vnde veprecula, non vepretula, vt citat Thesaurus ex Cicero. Citantur ab aliquibus aliqua pluralia in Es foemina, vt Alpes, opes, compedes, sordes, nares, Gades, lactes, grates, sed falso. Nam Alpis rectum est singulare ex Luciano & Claudiano: fer opem, & non opis est nostrae, legimus Cõpede grata dixit Horat. & rectum singulare est haec compedes

pedes à Compedito, teste Varrone & Nonio, non à pede, ut putant. Collecta lorde dolentes auriculas dixit Horatius & rectum est, haec sordes. Emunctae naris homo, dixit idem: rectus est, haec naris, quo utitur Ovidius. Gades iocotae. i. insulae. Sed Plinius lib. 5. cap. penult. Gadis laepe dicit in singulari. Lactes, masculinum est non foemininū. Grates in nominatiuo & accusatiuo plurali factum est à Graeco Charites, cuius singularis est haec charis.

Et Itis crescens.) Nomina in Es, mittentia genitivum in Itis, sunt masculina: ut limes, fomes, termes, tiames, palmes, gurges, poples, cespes, stipes, ames, merges, apud Plin. lib. 18. cap. 30. legendum (ex Columella lib. 2. cap. 21.) inter duas mergas spica distingitur. ¶ *Quibus addito Graeca.*) Graeca in Es, mascul. ut Soractes, Bootes, gagates, pandectes, ammodites, forites, cometes, planetes, magnes, tapes, lebes & acynaces, non acynacis, ut quidam scribunt. Ex nominibus in Is, multa iustuli contra Grammaticos. Nam aedilis ad officia virorum pertinet, aut potius est adiectivum, & deest homo: sicut bippēnis, deest securis, & aqualis, deest vrcus, vide Elliphsin. Corbis semper est foemininum, ut messoria corbis. Nomina in Nis, mascul. ut amnis, crinis, ignis, panis, penis, cinis. Catullus tamen dixit, acerba cinis. ¶ *Os masc.*) Ut lepos, honos, flos, mos, ros. ¶ *Us masc.*) vs secundae, ut equus, asinus, mulus, fluuius, agnus, coruus. Vs quartae, ut sensus, senatus, visus, auditus, gustus, & gustatus. Ficus secundae vel quartae foemin. etiam pro morbo. Nam quū dixit Martialis: Dicemus ficos Caeciliane tuos: interpretor familiam tuam i. omnes tuos: ut alibi, ficosa est mulier, ficosus & ipse maritus, Filia ficosa est, & gener, atque focer. Pecus in recto pro vna bestia nunquam legi.

Annotationes

Rectus erat, vt credo, haec pecudes, is. ¶ *Vs, ternae neut.*) vt pecus oris, rus, rhus, tus, vel thus, crus, ius, pus puris, corpus, decus, tempus, acus eris, rudus, nam ruder inauditum est. Composita à pûs podos mascul. vt tripûs, apûs, chitropûs non chitrapûs, lagopus, polypus, dasipus. Grus posui masculinum vno solo Horatij testimonio lib. 2. saty. 8. Mēbra gruis sparsi sale multo. Quum videtur foemininum deest auis. Variata per vtis & vdis, vt salus vittus, seruitus, iuuentus, senectus: palus, subscus, & laus, fraus intercus non reperitur in recto, sed aquae intercutēs. ¶ *X, dato foemin.*) Nomina in X, monosyllaba & plurisyllaba foeminina sunt vt pax, fax, lex, nix, pix, nox, vox, nux, crux, lux, lodix, perdix, filix, tomix, non tomex, aut tomice, mastix cōtra multos. Vibix, non vibex, sandix contra multos. Spadix Graecis foemin. Virgilij locus (honesti spadices) nihil probat, qui obscurus est & aliter dispungendus. Voluox in vsu nō est, sed conuoluulus. Vide Plin. lib. 7. capit. vltimo. Solox, & celox adiectiua sunt, vt lanae soloces, naues celoces, vide nauis in Ellipfi. Calyx Graecis semper foemininum, vt in lib. 7. epigrammaton Graec. & 6. Iliados: Plinius masculine protulit, lib. 15. capit. 22. & 23. fit sane ambiguum. Pharinx, & larinx apud Graecos ambigua sunt.

In Ax, & Ex polyss. masc.) vt corax, nycticorax, dropax, storax vel styrax. Pollex. index, latex, ramex, culex. Plautus tamen in Cassina dixit cana culex, sed lusit in genere sic vocans senem amatorem. Lucanus dixit, Et natrix violator aquae, sed figurate, vt ait Priscianus. Sed quid mirum si dicitur: Aurum consolator, & vinum exhilarator, & quidam non male dixit, virgo Maria intercessor nostra, sed ego dicerem intercessor noster. Vt dicitur filia mea
fit

fit mens haeres. Politianus dixit: Flet viduus perdix, referens ad marem.

A N N O T A T I O N E S I N Declinationes.

IN Declinationum regulis ea tantum tradimus, quae à propositis paradigmatis discrepant. Ridiculi enim sunt, & morosi examinatores puerorum, qui regulas acriter exigunt, quare poeta & tabula faciunt genitium in ae, & accusatiuum in am: cum ad manum sit musa musae, quod est paradigma primae declinationis.

Prima dat. A. nostris.) Nomina primae declinationis mittunt rectum in. A. pro Latinis. As, Es, E, pro Graecis. Sed nomina in. E. faciunt genitium in Es, datiuum in. E, accusatiuum in En, ablatiuum in E. Iuuenal. Penelope melius, melius torquetis Arachne.

In datiuo & ablatiuo ineptè inculcat Valla, & eum sequuti mulabus, deabus, & libertabus. Nos vsum loquendi docemus, non abusum. Scio antiquissimos sic locutos ex quibus citat Charisius dextrabus, eabus, raptabus, paucabus, puellabus, duabus, pudicabus, portabus, oleabus, & ex Plauto hibus. Sed quis ferat has sartagine loquendi. Cur non potius Priscianum audimus, qui lib. 7. de datiuo primae sic ait. Multa alia quoque contra regulam vitiose, & in his & in alijs casibus vetustissimi protulisse inveniuntur, in quibus non sunt imitandi. Haec ille. Sed accipe testimonia quae debeamus imitari. Cic. Duabus animis suis. Curt. lib. 3. Rati actum esse de dominis suis. Statius Achill. Charisque para connubia natis, & in Pandectis de
Usuris

Annotationes.

Vsuris. l. **E**quis. Columella lib. 6. cap. 36. potest à tenero con-
 uersatus equis, familiariter earum consuetudinem appetere.
 Varro lib. 2. cap. 1. Rust. Sed ex his equis, qui nati pulli,
 non plus triennium viuunt. Quo pacto enim erunt in mu-
 lis, & pastoribus nouenae partes. Ibidé. Deme, si vis, duas
 res de mulis, admissuram & parturam. Martial. lib. 14. His
 tibi de mulis non est metuenda ruina, titulus est: *Mulae pu-*
miliae, Plautus Stichus. Sed ego ibo intro & gratulabor ve-
 strum aduentum filijs. Ouid. 13. Metam. Et totidem natis,
 & D. Hieronymus. 1. Reg. 10. *A*sinis, non *asinabus* dixit. Ci-
 cero tamen pro Rabir. Per duell. dixit *Ab* Ioue Opt. Max.
 caeterisque dijs, deabusque immortalibus pacem ac veniã
 peto. Sed imitatus est Demosthenem pro corona, quem ali-
 ter exprimere nequibat. *Theois euchomai, pasi Kai, pasais*. Li-
 uius lib. 4. dec. 1. confugit cum duabus filiabus virginibus.
 Sed quis non videt cacophaton? quare filiabus & liberta-
 bus permittamus iurisconsultorum labyrinthis, nos, rectũ
 teneamus.

¶ *Secunda declinatio.*) Sex habet fines, *Er, Vs, Vm, & Vir*
 cum compositis, vt *leuir, treuir, & satur*, in *Eus*: *Græcum*,
 vt *Pentheus*. ¶ *Vir puer*.) quasi dicat genitiuus non superat
 nominatiuum, sed multa quae olim fuerant integra in re-
 cto, nunc patiuntur apocopẽ, ideo videntur crescere in ge-
 nitiuo: vt, *satur, presbyter, vir, puer, Liber* pro *Baccho*, aut
 quando adiectiuum est: *gibber, adulter, socer, gener, iber*,
 caeter, *prosper*, & composita à *gero & fero*: vt, *armiger, sig-*
nifer. *Liger* non est huius, sed tertiae declinationis.

¶ *Sed proprium Per Ius.*) Nomina propria in *Ius*, aliquando
 dicuntur facere vocatiuum in. *E*. vt, *Tirynthie* apud *Sta-*
tium. 3. *Sylua*. & *Hormic*. 7. *Theb*. & *Sperchie*. 2. *Achill*.

Cyllenie

Cyllenie apud Manilium, & Antiquarie apud Polit. sed haec non sunt à nominibus in Ius, sed à Graecis in Os, vt Cyllenios. ¶ *Orpheos Androgeo.*) Sensus est, in genitiuo poetæ dicunt Orpheos, Peleos, Pentheos, & etiam Androgeo pro Androgei. Virg. 6. A Eneid. In foribus lethum Androgeo, & in accusatiuo Orphea, Pelea. Sed haec merè Graeca sunt, & è suis fontibus haurienda. ¶ *De tertia Decli.*) Genitiuus singularis huius declinationis, melius vsu addiscitur quàm regulis: nihilominus tamen haec notanda duximus. Multa in hoc genitiuo vidètur irregularia, quae non sunt, si antiquam positionem consideres. Non quia rectus (inquit Seruius) varius esse potest, debet declinatio mutari. Et Sospater Charisius lib. 1. Omnia (inquit) in declinatione vocabula non plus vna syllaba crescunt. Rursus ibidem. Ancipes veteres cum ratione dixerunt: ne genitiuo ancipitis duabus videretur syllabis crescere. Plaut. Ruden. Post altrinsecus est securicula ancipes. Haec igitur colligamus, quae propter veterem positionem videntur nunc irregularia.

Arpinâs, atis. Olim hic & haec Arpinatis, & hoc Arpinate. Sic Aletrinas. Mecoenas, Sutrinâs, nostras, vestras. Anio & Nerio, Eris, quia olim Anien, & Nerien. Biceps, & reliqua à Caput, & Capió, vt municeps, olim bicipes, & municipes. Caro, carnis, quia olim haec carnis. Ceres, cereris, quia olim haec Caereris. Glis, gliris, quia olim hic gliris. Charisius. Hepar, hepatis, quia olim hepâs. Iccur, iecoris, & iecinoris, quia olim iecoi, & iecinor. Iter, itineris, imo iter iteris, & itiner itineris. Iupiter, iouis. Imo Iupiter iupitris, & hic Iouis. is. Impuber, eris, impubis. Lac lactis, olim hoc lacte, is. Plaut. Mel mellis, Fel fellis, olim hoc melle, felle.

Annotationes.

felle. Pollis pollinis, quia olim pollen. Robur oris: quia olim Robor, sic ebur, femur, iecur. Sanguis, inis, quia olim sanguen. Ennius. Senex senis. olim senex senecis. Plaut. Supellex, lectilis. olim haec supellectilis. Turbo semper onis: at turben facit inis. Charifius.

L. R. N. T. crescit Is, vt sal, Michael, vigil, sol, consul. Caesar, passer, color, murmur. Titan, lien, delphin, canon. Caput & composita, vt triceps. (*E. perdunt imber.*) id est, imber cum compositis, vt october, non crescunt, sed mittunt genitiuū in is, amisso E. item nomina Latina in Ter & Ster, vt pater, mater, vter, venter, accipiter. pedester, equester. Graeca vero crescunt: vt stater, panther, halter, clyster. (*In Es muliebre non crescit.*) vt ambages, clades, cautes, compages, contages, dapes, fames, feles, indoles, labes, moles, nubes, proles, rupes, sepes, soboles, strages, tabes, vulpes. (*Us, dat eris.*) Hanc regulam mutauit, vt minor fieret exceptio. In regula haec continentur: Acus, foedus, funus, genus, glomus, holus, latus, munus, onus, opus, pondus, rudus, scelus, sidus, vellus, vetus, Venus, viscus, vlcus, vulnus, ex his aliqua praetermissit Nebriss. (*Hoc pecus oris.*) Multi addunt haec pecus vdis: sed frustra: Nam si rectum haberet, haec pecudes esset: raro reperitur in singulari, vt vox pecudis: in plurali pecudes tritum est. (*Monosyllaba in Vris.*) vt crus, ius, mus, pus puris, plus, rus, rhus, thus. *s. sine vocali.*) Apud antiquos (teste Varrone) nullum fuit nomen substantiuū in duas consonantes: dicebant enim tepes pro seps, partes pro pars, duces pro dux, reges pro rex, hyemes pro hyems.

In Ex polysyllaba.) vt Aquilex, carex, cimex, codex, cullex, imbrex, index, iudex, pellex, podex, pumex, remex, vertex.

tex. Vibex non debet scribi, sed vibix, vibicis, penultima longa. Duo Graeca in Ax, faciunt aētis. Hipponax, Astianax.

Foemineum Is. non.) Sensus est. Omnia nomina finita in Is, foeminina, non crescentia in genitiuo faciunt accusatiuum in Em, siue in Im. Hanc regulam ego primus constitui, quia apud Varronem & antiquos inueni plura nomina quàm constituentur à Grammaticis: vt, sementim, messim, lentim, quia olim haec lentis: partim, ab haec partis, quia olim nulla erant nomina finita in duas consonantes teste Charisio. Igitur haec sint huius regulae exēpla: ouis, pestis, messis, bilis, vallis, vestis, febris, clavis, turris, restis, sementie, puppis, nauis, securis.

Graeca in Is.) vt, poesis, genesis, haeresis, crassis, chelys, amufis, metropolis, Syntaxis, Alexis, Paris, Tiberis.

Sexsus E. vult.) Oportet quidem has regulas obtrudi pueris: nihilominus tamen scias in hoc ablatiuo consulendas esse aures, & pro arbitrio in E. vel in I, desinere. Sed ita (inquit Consentius Romanus) consuetudo & autoritas variat, & intra hoc pugnat, vt plerique in hac parte dubium dixerint ablatiuum. Sed accipe exempla substantiuorum: Varro libr. 1. capit. 13. Rust. Fenestras habere oportet ex ea parti, vnde commodissimè perflari possit, & lib. 3. cap. 3. In secunda parti: & infra: in tertia parti. Plaut. Menech. Saturnunc loquitur de me & de parti mea. Lucret. libro. 6. Ille ex aestifera parti venit amnis ab Austro. Et libro. 4. Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum. Cato. capit. 37. Ex segeti vellito ebulum. Persius. Nonne pudet capiti non posse pericula cano Pellere. Idem Satyr. 2. & acri bile tumet. Virgilius in Sileno. Serta procul tantū capiti delapsa
E 2 iacebant.

Annotationes.

iacebant. Idem. 9. A Eneid. Discuslaeque iubae capiti. Auso-
 nius de Occasione. Heus tu occipiti caluo es. Et libro. ff.
 28. l. vltim. de haered. instituendis: licet modus institutio-
 ni contineretur. Tacitus. Fusti caput eius afflixit. Apuleius
 lib. 4. Paratus non fusti tantum, sed machaera percussus oc-
 cumbere. Lucret. lib. 2. Nam saepe in colli tondentes pabu-
 la laeta. Idem lib. 5. Terrarum qui in orbi, &c. Gell. lib. 1. c.
 3. Hac fini ames. Ibidem, qua fini, & lib. 7. cap. 3. ea fini. Ca-
 to cap. 113. ansarum infirmarū fini. Iam de nominibus neu-
 tris in E, Al, Ar, haec sunt Prisciani verba: Vetustissimi so-
 lebant huiuscemodi nominum ablatiuum etiam in E, pro-
 ferre. Haec ille & citat antiquos. Ego addo, Ouid. in Ibim.
 Et summam Libyco de mare carpat aquam. Et. 5. trist. eleg.
 2. Exiguum pleno de mare demat aquae. Lucret. lib. 1. E ma-
 re primūm homines. Catull. Cūm veniret à mare nouissi-
 mo. Quid dicam de nominibus adiectiuis? Ouid. in Epist.
 Hument incultae fonte perenne gennae. Et Fasti. 3. Amne
 perenne latens Anna perenna vocor. Et. 6. Fast. Extaq; de
 porca cruda bimestre tenet. Idem in Epist. Paridis, Fore vt
 à coeleste sagita figar. Idem. 15. Metam. Specie coeleste re-
 sumpta. Lucanus, lib. 7. Erepto natale feret. Horatius. Cae-
 rite cera digni. Idem. 1. Carm. Cum Tyburte via. Idem. 2.
 carm. Nec purpura, venale nec auro. Varro. 2. Rust. capit. 3.
 Collo breue, gurgullione longiore. Sueton Vespas. Conui-
 uabatur assidue, ac saepius recta ac dapsile, vt macellarios
 adiuuaret. Praeterea vigil, & pugil, confessione omnium
 faciunt in E. vel. I. at sunt adiectiua. Et si imber facit E. vel
 I. cur composita non facient similiter, quae omnia sunt ad-
 iectiua: vt September, &c Nomina quoque in As, gentilia
 olim (teste Charisio & Prisciano) erant in Atis & ate: vt,

Arpinatis & arpinate. Sed in. E. & I. mittunt ablatium, quauis sint qui negét per E, quos refellit Cic. pro Cluét. Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate. Idem. 5. Tuscul. Nisi ab homine Arpinate didicisset. Liuius libr. 5. in Capenate agro. Idé lib. 10. ex agro Sentinate. Val. Max. lib. 6. Ex illo Mario tam humili Arpinate. Mart. Metamque lactis Sarsinate de Sylua. Sunt & alia apud Plinium & caeteros. Sosipar Charisius ex Caesare, Plinio, & Varrone. Si de persona loquamur in E, fiet abatiuus: si verò, de re alia, in, i, vt ab homine breue, & ab itinere breui. Quare ab aedile semper dicendum, quia semper de homine dicitur. Haec ille. Priscianus etiam ex eodem Charisio asserit. Si nomen sit proprium ex adiectiuo nunquam per. I. ferri: vt, à Iuuenale, à martiale, à Prudente, à Clemente. Si de negotio loquaris, per I, tantum: vt, in re clementi. Ego vera illos praecipisse puto, sed melius est, vt iam dicamus vsu esse factum, vt promiscuè adiectiua omnia mittant in E, vel I, ablatium. Ex tam multis colligitur errasse Grammaticos, dum praecipunt nomina oppidorū, vbi aliquid fit (si sint tertiae declinationis) poni in datiuo: vt, natus Carthagini, Sycioni habitat, & ruri vitam agit. Ego assero melius dici, rure viuit, Charthagine natus, sed si illa reperiantur, datiuos non esse, sed ablatiuos, Plaut. Mostell. veniunt ruri rustici. Terent. Phor. Opus ruri faciendum. Iustinus lib. 1. ruri iter ingressus: à pluri nunc dicimus, Charisius magis probat à plure, his verbis: ab hoc vetere, maiore, plure: non veteri, maiori, pluri. Quid quod ipse Valla hoc etiam aliqua ex parte vidit lib. 4. cap. 80. Reperiuntur (inquit) luci, pro luce, & vesperi, pro vespere, & ruri, p rure. Haec ille Plaut. Cistell. Postea autem cum primo luci. Sic dicimus tempo-

Annotationes

ri venito, & Cato dixit. Satisne tempori opera fient confecta, & si tempori facias. Charisius à rure vel ruri probat.

Es, Is, non cres.) vt, caedes, proles, moles, labes, clades, nubes, sedes: ouis, vestis, vallis, canalis. *(sed monosyllaba Ium.)* Haec multa sunt: vt, as, aes, ars, arx. Bes, Car, calx, cor, cos, crus, crux. Daps, dens, dis, dos. Fax, falx, faux, faex, frons, fons. Glans, glis, glos, gens, gryps. Ius. Lar, lanx, lens, lis. Mas, mens, merx, mons, mus. Nex, nix, nox. Os, ops. Pax, pars, par, praes, plebs, pix, pons, plus, puls, pus. Ros, rus. Sal, seps, scobs, stirps, styx, fors. Trabs, trux. Vas, vrbs.

Dant Vbus.) Haec tantum quatuor nomina in Vbus facere datiuum assero, ex authoritate. P. Consentij, cuius haec sunt verba: In hac regula plerique se antiquitatem sequi destinantes. V, literam retinent, vt fluctuius potius, quam fluctibus dicant, sed consuetudo improbauit: neq; in alijs nominibus quàm vbi est ambiguitas discernenda retinetur: vt ab hoc artu artubus retenta V, efferamus, ne artes potius, quam artus dixisse videamur. Haec ille. Quibus verbis colligimus, antiquos protulisse sensubus, verubus, què admodum Optumos maximos, pro sensibus, veribus, optimis, mavimis. Diomedes haec tantum quatuor enumerat. Horat. lib. 3. oda. 6. Fingitur artubus.

P R A E T.

SI verbum habet, a, in praesenti, recipit illud in supino, licet in praeterito mutetur: vt Facio feci factum: ago egi actum: do dedi datum.

Si verbum facit praeteritum in ùi, syllabas, carebit supino. Nam implicitus, doctus, census, mixtus, messus, raptus, pistus, alitus vel altus, cultus, nomina potius dicenda sunt, quod satis indicat compositio indoctus, incultus, immix-

tus. Nullum enim compositum cum In, participium dici debet, non magis quam si comparatū ex se formet: vt moestior, infulsiior, altior. caet.

Si verbum caret praeterito, carebit & supino, velut haec.

Queso, aueo, ferio, furit, aio, polleo, psallo.

Ambigo, cum strido, caluo, ango, moereo, turget.

Vergoque, conuiuet, fido, lambo, scabo, glubo.

In Sco inceptiuum: & (nisi disco) Isco, vel Iscor.

Et ringor, vescor, liquor, medeor, moriorque.

Operior, tueor, fruor: obstat nec moriturus.

Carentia supinis: ordine alphabetico.

Quod dat ūi: Quodque Esco, generantia, primo supinis.

Atque alia in Sco: iunges aestuat, & bibit, ardet.

Cedo, cado, caveo, cum cerno: degoque disco.

Elicio, fallo, fleo, tum fluo, frendeo, frendo.

Et fugio: gruo, haeret, indulget quoque, linquo.

Lugeo. lingo, manet, meto, tum malceo, mulget.

Mando, cano, parco, pario, eum prodigo, pago.

Pendeo, cum pedo: rudo, sapio, strideoque.

Sentio, scalpo, scio, sino, scando, sitioque.

Tergeo vel tergo, tollo, trudo, venioque.

Vado, viso, vrget, viuit. Finitaque in Vrio.

Haec potius participalia nomina, quam praeterita dicenda sunt. Acutus, altus alitus, argutus, adultus, assuetus, ausus, apertus, abolitus, agnitus: Cautus, cassus, census, coenatus, contentus, consultus, cultus: disertus, enectus, excellus: Falvus, fluxus, frictus: Gavisus: Illelus, indultus, indutus, & innumera composita cum In: Laetus, lassus, lautus, lotus: Mistus, moestus, mortuus: Nactus, natus, notus: Occultus, oblitus, ortus: Pactus, pastus, potus,

Annotatiunculæ.

pransus, profectus: profusus: Quietus, questus: Ratus: Sal-
sus, satus, situs, solutus, sepultus, sectus, statutus, strictus, so-
litus, suctus: Tacitus, territus, textus: tostus.

Quum geminat simp. Vt mordeo, momordi, aut memordi,
remordeo remordi: sic pario, tundo, cado, cecidi, incido, in-
cidi. Bibi à bibo non geminatur: vt dedi, steti: Excipiuntur
ab hac regula composita à Posco, Disco, Sto, Do. Nam con-
do, addo, vendo, credo, composita sunt à Do: sed aduerte
ab ijs etiam composita geminare: vt recondo recondidi, su-
peraddo didi, diuendo didi, concredo didi, sed abscondo
abscondi, raro didi. Composita à Curro ytroque modo for-
mant. Apulei. lib. 1. Metam. Festinans adcurri. Asconius
Poedian in Milon. Tribuni plebis adcurrerunt. Petron.
Arbiter: Paulo ante in conductum aucurri. Sueton. Ne-
rone. 3. percucurrit. ibid. 11. decucurrit. Liuius lib. 1. excu-
currissent. Idem lib. 20. apud Prisc. procucurrisset. Sueton.
Galba. 18. excucurrisset. Cæsar de bello Gall. procucurrit.
Cicer. 3. Orat. Procucurrit.

De prae-curro multa sunt testimonia de geminatione. Li-
uius. lib. 8. sine geminatione dixit: praecurrerunt enim ab
vrbe. Repungo solet hic addi à Grammaticis, sed ego illi
nullum praeteritum inuenio. Pungo pupugi: expungo ex-
gunxi, dispungo dispunxi.

EX PRIMA CONIUG.

SI verba primi ordinis habent As, in secunda persona,
non possunt non habere Aui. Nam, quae faciunt in ùi:
(teste Prisciano lib. 10.) erant tertij ordinis: vt neco is, fri-
co is, lauo is, sono is. Lamb. Lucr. Et fecisse olim supinum
in

in Atum indicant multa participia, vt enecatus, perfricatus, defricatus, infricatus, refricatus dixit Cic. Att. 12. incubata oua, apud Plin. & intonata oua: secaturus, secamentū, iuuaturus, emicaturus, sonaturus, Horat. domatio edomatio, Cice. crepatio, cubatio, vetatio, tonatio, fricatio, & frictio.

Quin & ipsa verba non raro reperiuntur primi ordinis. Plin. libro. 11. 16. iucubauere. Pers. nisi si quid Massuri rubrica vetauit. Iustinus, dimicauit. Apud Nonium leges discrepauit, increpauit, & vetauit. Solinus dixit, micauit, & incubauit. Alciat. in Emblem. simul vna nocte cubarunt. In libro de religione citatur ex xij. Tabulis, nec auena fruges necauit, item: si pater filium ter venundauit. Itaque cubo as, cubauī cubatus, sed à cumbo composita, in ūi. vt recumbo is, decumbo, succumbo. A Plico composita cū Ad, ex, in, faciunt aui, atus, & ūi, caetera in Aui, atus: vt multiplico duplico, triplico, supplico. Composita à Do, sunt tertij ordidis, quia olim dicebāt duo is, vnde Perduo, Creduo, aut fuit simplex Dido is, vel Dedo, vt ex Plauto in Trinummo: itaque composita faciunt Didi ditus: vt addo, condo, trado, vendo. Nam venumdo, pesumdo, circumdo, satildo: non magis sunt composita, quàm circumduco, aut pesummitto, aut trado venum, aut satis accipio. Nam pesum, venum, satis, aduerbia sunt, & circum, est quartus casus, vt circumduco. i. in circum.

Sto As, olim statui status, vnde Propert. libro. 2. eleg. penult.

Nec si post Stygias aliquid restauerit vndas.

Composita à Lauo, aut potius à Luo, sunt tertiae, vt abluo, coluo, diluo, ūi: Et palsim legimus Lauo is, lauere.

Annotatiunculæ.

Nexantem nodis dixit Virgilius, à deponente nexor artis. Vide multa in Aldi orthographia in verbo Disseco is, difficere.

Ex secunda Coniugatione.

Secunda facit praeteritum in ūi, syllabas, paucissima supinum habent: Oleo quinque habet composita, in oleo oboleo, peroleo, redoleo, suboleo. Vleo antiquum (vnde Suboles, adulescens, adultus & vlesco) quatuor gignit composita: Aboleo, adoleo, exoleo, obsoleo. Absorbeo absorbit, nam absorpsit barbarum est, & in Lucano lib. 4. absorbens legendum est, non absorpsit. Participia in Vrus non probant verbum habere supinum: legimus enim placiturus, doliturus, osurus, iaciturus, noliturus, caliturus, cariturus, iturus, taciturus: taciturus enim nomen est, non participium. Cio, vel Cio, secundae vel quartae, sed composita quartae: vt concio, excio, percio. Excitus & conceitus penultimam habent ancipitem. Conniueo. Apuleius lib. II. nondum fatis connixeram, lege, Compresseram. Recensita ciuitas, non est à Censeo, sed à Censio is. Ferbeo es, ferbui: feruo is, ferui. Ab Audeo Catulus fecit Ausit: Sallustius à Soleo solui.

Ex Tertia Coniugatione.

Specio & Latio non sunt in vsu, sed composita, vt aspicio consp. desp. resp. susp. Latio quatuor format: allicio, illicio, pellicio, at elicio elicui. ¶ Quasi à quario non extat, sed excussi, concussi. ¶ Tendo tetendi tensum & tentum, sed attendo, pertendo, int. praet. port. cont. melius in Tum, ostendo in tum, & sum. Tenta pars, & extenta lego apud Pomp. Melam. Lucan. Tensisque rudentibus actae. ¶ Tundo tutudi tunsom. compos. tufum. Expansa retia dixit Plinius,

nus, Tacitus expassae fores. Antiquis vocibus quibusdam addita fuit N: vt asa ansa, mesa mensa, tago tango, frago, frango, pago pango, tesus tensus, tufus rufus, passus palus, pugo pungo, tudo tundo: tago pro tago inuenies apud Lucanum lib. 3. 279. Pungo, & repungo caret, expunxi est in usu. Pergo & surgo sunt à rego, quasi surego. ¶ Percello nõ habet perculsi. Lambin. in Horat. ¶ Sero seui satum: Olim ferui fertum, Lucanus lib. 10. coronas nardo fertas, habet octo composita Ad, con, circum: de, di, ex, in. ob, ex quibus exero & desero, uerbum tantum, caetera si simplicis significationi adhaerent, dant eui itum: quae autem translate significant, erui ertum.

Ex Quarta.

Omnia verba quartae melius si habeant iui, faciunt ij: vt audijt, obijt. Cambio & raucio non sunt in usu, ab irrauceo dixit Cicero: si paullum irracuerit, sic enim legendum non irrauserit. Perio dicebant antiqui pro scio, vel inuenio: vnde peritus: eius composita sunt aperio, operio, vnde adaperio. uerbum tantum: at cõperio, & reperio, eri, ertum. Haurio hausi, & olim haustum, haustum. Virgilius dixit: supplicia hausurum. Veneo, idem est quod venum eo: & venum aduerbium est, vt pessum, sursum.

De Quantitate.

Simplicis & compositi eadem est quantitas: item primigenij & deriuati. Hae regulae verae sunt, & si Grammatici multa excipiant: vt vires à vireo: à lucendo lucerna: petus à petendo: feralis à fera. Sed falluntur in etymis, vt alibi, docui.

Annotationes

ANNOTATIONES IN quantitatem.

Tempora in Ram, rim, ro, ssem, sse, seruant praeteriti quantitatem, quae saepè discrepat à praesenti, vt vide ram primam producit, videbam breuiat: & visus, visus, visio, visurus, producunt à supino visum. ¶ *Compositi pars.*) Vt, bifidus, tricuspis, fatidicus, armiger, omnipotens. Sed integra seruant suam quantitatem: vt, quantiuis, siquis, plerique, tantidem, vbiq̄ue, ibidem, siquidem, quanuis hoc etiam breuiatur, introduco, sempiternus producit. i. Composita per O. Graeca sunt: vt, macrologia, rhinoceros, monoceros, Theophilus, monosyllaba, Si obijcias, cur bigae, & quadrigae producantur: dicam fere in vniuersum obseruari, vt vocales In vnum contractae producantur: vt, Di pro dij, obit pro obijt, abit pro abijt, derit pro deerit, dinde pro deinde, sorsum pro seorsum, scilicet pro, scire licet. Illicet pro ire licet, vipera quasi viuipera, tibicen pro tibijcē, bigae, quadrigae, pro bijugae, quadrijugae.

Vocalem curtam.) Positio dicitur, cum duae vel plures consonantes etiam in diuersis dictionibus vocalem sequuntur: vt, arma, Deus meus, vel duplex consona in vna dictione etiam composita: vt, axis, goza, aio, reijcio, reiectus, obruo. Itaque duae consonantes in sequenti dictione nihil producunt: vt, arma Troiae, arma Xerxis, arua Zephyri. Graecis tamen hoc est frequentissimum.

Post curtam muta.) Tria notat versiculus, primum vt sit natura brevis vocalis quae praecessit: vt patris, phaeretra, nam si natura longa est, semper longa manet: vt matris, cā delabrum, lauacrum, volutabrum. Deinde vt illae consonantes sint muta & liquida, non liquida & muta: vt arca. Postremò,

stremò, poetis tantum hoc concedi, nam in prorsà oratione non dicis volucris, pharetre, media longa. Obijciet aliquis, obruo, abripio, ablatus, ablego, oblitus primam habēt natura breuem & sequitur muta cum liquida, nunquam tamen poetae licebit corripere, Respondeo nos hic agere de vnica & simplici dictionem obruo verò est vera positio, vt supra docuimus, nam sunt duae dictiones. Sed rursus hic ingens surgit dubium, & quibusdam insolubile. Si muta cum liquida vix potest producere vocalem praecedentem (nam hoc per licentiam poeticā carmini conceditur) multo minus duae liquidae producēt: vt, terra, relligio in quibus primae syllabae natura breues sunt, nam terra à tero, is, deducitur, & religio à re & legendo seu ligando: at constat maximam & verā esse positionem in terra & relligio. Exemplo etiam rem ipsam difficiliorem ostendo. Si vir robustus & vir debilis vix hoc pondus ferre possunt, duo viri debiles multo minus poterunt. Respondeo falli eos qui putant esse aliquas liquidas natura: casu enim fieri solet vt liquecant: quando scilicet à mutis opprimuntur: vt, clastro, tra. Alioqui L. & R. (quas tu liquidas vocas) semiuocales sunt. *Diphthongum produc.*) vt coelum, foeculum: etiā sequente vocali: vt Meliboeus, Iudaeus, AEacus, AEolus, & prae, vt praeire. Statius lib. 6. Tum verò Oeclides quamquam iam certa sequenti Praemia, quum vacus domino praeiret Arion. Martian. Capella lib. 1. Praeoptare caret, si quid placet, atque necesse est. in illo autem Æneid. 5. tota praeunte carina, prae non breuiatur, sed fit syneresis. Idem Virgilius dixit, sudibusue praeustis: sed more Graeco: illi enim solent breuiare diphthongum sequente vocali, vt infra dicetur.

Annotationes.

Est brevis ante aliam.) Haec regula de Latinis tantum vocibus traditur, nam Graeci mirè variaut. Nota haec nomina Graeca familiarissima Latinis habere penultimam longam, Darius, Antiochia, Priameius Epicureus, Aristoteles, aer, dius platea, chorea. Rursus haec primam longam, Aonia, Chaonia, Pierides, Priamides Eheu primam producit. Ohe anceps. Rei, & ei, producit Lucretius & fidei. lib. 5. Pompei, Cai, seruant recti quantitatem Pompeius Caius. Aliquando duae illae vocales coeunt. Horatius, Durus ait Vultei nimis attentusque videris. Genitiui quoque antiqui primae declinationis in ai, producunt. vt aulai pictai.

Praeteritum produc.) Vt, veni, vidi, vici. Nisi sit vocalis ante vocalem: vt, fuit, iuit, ruit. Reliqua praeterita & supina, quae non sunt dissyllaba sequuntur praesentis quantitatem: vt, clamas clamaui clamatum, oras orauit oratum. Exceptis quatuor quae breuiant à praesenti longo: cogo coegi coactum, gigno genui genitum, pono posui positum, possum potui.

Dissyllaba supina.) Vt, visum, lusum, fustum. Priscianus producit statum, vnde cōstatum & praestatum, Citum à Cio secundae coniugationis priorem corripit, inde excito, cōcito, recito & concitus à Cio quartae, producit, vnde accitus & excitus. Luca, stratisque excita inuentus. Quicquid corripit dicunt, & exemplo Terentiano probant. Forma non quita est nosci. ¶ *E, de, se, di.*) Producunt, nisi sequatur vocalis: vt dehisco. Sed deerit apud poetas syneresis est.

Re brevis hanc.) Re perpetuo brevis est: sed poetae solent saepè producere geminando consonantes: vt religio, reperit, reppulit, reddo. Lucretius lib. 1. Redducit Venus, aut redductum Dedala tellus: sic in hoc verbo foro cum Re,

addunt consonantem: vt, reffero rettuli rellatum, quod cū quidam malè intelligerent, putarunt, aliud esse refert prima longa, & aliud prima breui. Ego assero duplici. ff. debere scribi quoties longum reperitur: mecum sentit Georgius Valla, & id insinuat Nebriffensis in commentarijs cum de refert agit libro. 5. Horat. in arte. Vndè pedem referre pudor vetet, aut operis lex. Sic enim legitur in antiquissimo codice, & sic legunt Lambinus, Turnebus, Achilles Staius. Serenus, Sin etiam rutilus refertur pectore sanguis. ¶ *Pro longum.*) Pro Latinis semper est lōga. Nam quae breuiant à procul vel prope componi vidētur. Vnde quaedam variant, quia nunc à pro, nunc à procul videntur cōponi. Propago verbum variat: pro vite producit, pro genere breuiat. Probus breuiat, quia fuit prohibus. Procella Graecum est, ideo breue.

Ex incremento nominis.

Incrementum dicitur, non quod syllaba crescens, & exuperans posituram sit consideranda, sed quod nulla sine illa sit regula incrementi. Incrementum nominis duplex est, alterum singulare, quando rectus singularis superatur vna syllaba in vtroq; numero: vt, lex legis leges legum: alterum plurale quando rectus pluralis (sic nos statuimus) vna syllaba vincitur, vt legibus, vbi le, est incrementū singulare, & gi, plurale. Hic dubiū exoritur an quemadmodū in verbis possunt esse multa incrementa, sic etiā in nominibus, vt supellectilis, iter itineris, iecur iecinoris, biceps bicipitis. Respondeo hos & similes genitiuos non esse à rectis suprascriptis: sed ab antiquis haec supellectilis, hoc iter, hoc iecinor, hic & haec & hoc bicipes, teste

Annotationes

teste Prisciano & Charisio, itaque genitiuus singularis nūquam vna plus syllaba rectum superabit. ¶ *A breue iunge capui.*) Nomina crescentia in. A, Graeca sunt: vt emblemata, toreuma. Caput cum compositis breuiat: vt, biceps bicipitis, triceps tricipitis. Haec nomina non erant huius loci: sed hic breuitatis causa inseruntur. ¶ *Iunge O.*) Nomina in O. facientia genitiuum in Inis, breuiant: vt, Apollo, homo, cardo. Caetera producuntur: vt, sermo, latro, Anio anienis, Nerio nerienis. ¶ *El Ol.*) Nomina finita in. L. sic se habent. Propria in Al, breuiant: Belial, Annibal, Afdrubal. Neutra verò producunt: vt, toral, puteal, ceruical. In El, & Ol, producunt: vt, Michael, Vriel, Michol. In Il, breuiant, vt, vigil, pugil, mugil vel mugilis.

Nomina in N: si seruant in obliquis vltimam recti, producunt: vt Titan, Pacan, Acarnan: Hymen, lien, lichen, splen, attagen. Delphin, salamin, Eleusin, Quae non seruat vocalem breuiantur: vt carmen lumen, pecten, cornicen, Iyricen, tubicen. Nomina crescentia in On, omnia sunt Graeca apud quos omicron, vel omega discernit quantitatem. Exempla productionis sunt Babylon, Sinon, Simon, Sidon, Helicon. Solomon, Solon, Dolon, Endymion, Tritou, Python, agon, Icon. Exempla breuium: Canon, Daemon, Lacedaemon, Gorgon, Amazon. Agamennon, vel Agamemno, Briton, vel Brito, Saxon, vel Saxo, Palaemon, Asteon, Iason, Ixion. Philaemon, Sarpedon, Syndon.

Ex nominibus in R. finita in Ar, si sunt propria breuiant: vt, Caesar, Amilcar, Arar, & haec neutra: iubar, par, nectar, baccar. In Ar, neutra producunt: vt puluinar, coclear, lacunar, torcular. In Er, Ir, Vr, breuiant: vt, puer, verber, ciccer, tuber, cadauer, vir, leuir, turtur, vultur, satur, Ligur, Graeca

in Ter, produc: vt, soter, crater, panther, stater, halter, clyster, praester, physeter, character, aether breuiat, sed non finitur inter, sed in ther & in obliquis scribitur Graecè per epsilon: in Or, longa: vt, decor, color, ardor, soror. Sed neutra breuiant: vt marmor, aequor. Ador oris, masculinum producit. Adus oris, neutrum breuiat, Graeca in Or, breuiant, vt, Antenor Hector, Nestor, Castor, rhetor.

Nomina omnia in S: si seruant in obliquis, vltimam reſti producuntur, vt aestas, castitas; lebes, tapes, magnes, laches, chremes: Quiris Samnis: color, labos, honos: virtus, palus, Cyclops, Europs, hydrops, excipe anas: & Graeca in As, Is, vt monas, trias, Arcas, Pallas, lampas, decus. Phyllis, paris, chlorys.

Nomina in Vs: varios habent genitiuos: in oris: vt, tempus, foenus. In eris: vt, genus, venus. In vdis: vt subſcus: incus. In Odis: vt Melampus, tripus. In vtis: vt virtus, seruitus. In vris, vt tellus, mus. In ūis, vt lus, grus. Sed omnia nomina in Vs: si seruant V: in genitiuo producuntur: reliqua breuiantur: nec est cur excipiatur intercus, vtis: & pecus vdis, quae non sunt in vsu. Iuis, & gruis, non huc spectant, quia vocalis ante vocalem. S. cum consonanti olim nullū habebat nomen, sed dicebant trabes, hiemes, aucipes. Breuiant igitur vtcunque sit aliqua monosyllaba iam dicta, & aliqua quae non seruant literam finalem vt manceps mancupis, princeps principis.

Nomina in X. si faciunt genitiuum in Gis breuiant: vt, grex, remex: aquilex: iapix. Styx, strix: Phryx: oryx: Allobrox: & alia nomina Gallorum Regum: vt, Argentorix: Vicingent orix, adde his coniux: mastix vero dubium est.

Ax) vt: fallax, capax, dicax, mordax, thorax. Graeca in

Annotatiunculæ.

Ax: varia sunt: sed vide an forte sic possit regula constitui. Omnia in Ax, breuiant incrementum præter Thrax: Phaeax: thorax: & Syphax, quod est anceps. Ajax formam Latinam habet, idcirco producit. Nomina in Ex, varios habent genitios, sed si seruent E, producunt: vt, veruex, halex, rex, lex. caetera breuiant: vt, Pollex, pulex, cimex, iudex, index. ¶ *Ix* Ox, Vx,) Vt, vibix (sic enim malo, quam vibex) mastix, foelix, perdix, lodix, atrox, ferox, velox: pollux. Vide exceptiones. ¶ Incrementum plurale non dixi esse, quoties genitiuus singularis superatur: nam sic dierum, illorum, ipsorum & multa alia non haberent plurale incrementum, quare dixi incrementum plurale esse, quoties rectus pluralis vincitur: vt, musae musarum: in quo incremento. i. & u. breuiantur: vt, sensibus, sermonibus, artibus, partibus. A. e. o. longa, vt, poetarum, dierum, dominorum.

De incremento verborum.) Hic est consideranda secunda persona primi praesentis, & quoties illa exuperatur, tot incrementa notamus vsque ad tria, sed vltima syllaba non numeratur in incrementis: vt in amaremini, ma, est primum, re, secundum, mi, tertium. ¶ *A longum est.*) vt, amabam, docebatis, legatis. Excipe da, in do, das, & compositis primae coniugationis: vt, dabam, dabatis, circumdabat.

E longum est.) Vt, docerem, doceretis, ametis, ameris. Ra, rini, ro, breuiant: vt, amaberis amabere, moneberis monebere. ¶ *Et legerem in pri.*) Sensus est: In tertia coniugatione primum incrementum in E, breuiat, reliqua per regulam: vt, legerem, & legere, & legerer. Sed in legeremus & legereris duo sunt incrementa in E, quorum primum breuiat, alterum producit.

I, breue) vt, amauiimus, monuimus, legimus, audiuiimus.

ante. V. pduc, vt, audiui, cupiui, petiui, iui. Huc adde prima incrementa quartae coniugationis: vt, senti- mus, sancimus, hauritis, vincitis, venitis: itaque obseruato in hac coniugatione, si praesens & praeteritum eadem ha- beat literas, in praesenti produci, in praeterito breuiari: vt, venimus, venitis, comperimus, reperimus.

Anceps sit rimus, ritis.) Rimus vel ritis in futuro semper producitur: in praeteritis breuiatur. Diomedes libro primo de modis verborum sic ait: Et in hoc subiunctiuo, nu- mero plurali vniformem declinationem perfecti & futuri temporis accentus distinguit. Perfectum enim acuto ac- centu declinatur, futurum circumflectitur, &c.

¶ Vult igitur Diomedes praeteritum breuiari, futu- rum produci: quia accentus circumflexus nullo pacto collocabitur in antepenultima. Diomedem non intel- lexit noster Nebriffensis, quandoquidem abutitur illius testimonio. Ego contra Despauterium & monachum Menesium & Georgium Vallam Diomedem faueo. Sed cur anceps posuerim Rimus ritis: haec fuit causa. Saepissime apud Poetas praeteritum amauerim capitur pro futuro amauero: vnde fit, vt vox & quantitas sit praeteriti, & significatio futuri.

Cape exempla de vero futuro. Ennius: Nec mi aurum posco, nec mi precium dederitis. *Metam.* 6. Accepisse, si- mul vitam dederitis in vndis: *De Ponto.* 4. Consulis vt li- men cōtigeritis, erit. *Ibid.* Et maris Ionij trāseritis aquas, *Catull.* ad Lesbiam: Dein cum millia multa fecerimus. In *Priapaeis*: Vtilis haec aram si dederitis erit. Nunc de prae- terito. A *Eneid.* 6. Egerimus nosti, & nimium meminisse ne- cesse est. 4. *de Ponto.* Haec vbi dixeritis feruet tua dona

Annotationes.

rogate. Meta. 2. Videritis stellas, in his omnibus sensus est futuri temporis, & voces praeteriti. Itaque poetis libera est in hoc loco quantitas. (Vocalem perimit.) Familiare Graecis est (si dictio vocali longa vel diphthongo finiatur, & sequatur vocalis) vel absorbere, vel integram relinquere, vel breuiare praecedentē. Hoc & Latini aliquando audēt.

Insulae Ionio in magno, quas dira Celeno.

Stant & Iuniperi, & Castaneae hirsutae.

Glauco, & Panopeae, & Inoo Meliceriae.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam

Te Corudon ò Alexi, trahit sua quemque voluptas.

Et longum formose vale, vale inquit Iola.

Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae?

Posthabita coluisse Samo, hic illius arma.

Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

Stipitibus duris agitur, sudibusue praeustis.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Amphion Dirceus in Oeteo Aracyntho.

Et vera incessu patuit dea: ille vbi matrem

Clamassent, vt litus Hyla, Hyla omne sonaret.

Victor apud rapidum Simoenta, sub Ilio alto.

Aulae in medio libabant pocula Bacchi.

Caesuras etiam Graeci, praecipuè vbi aliqua fit mora producunt: quod etiam Virgilius imitatus est, & alij quoque.

Liminaque, laetusque dei, totusque moueri.

Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.

Ostentans artem pariter, arcumque sonantem.

Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Et furij agitata amor, & conscia virtus:

Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.

Nox abit, atque oriitur aurora, Palilia poscor.

Pedem Proceleusmaticum, id est, ex quatuor breuibus non admittimus. Sed illud aduertimus, licere poetis duas has literas I, & V, facere consonantes aut vocales: vt disoluo trisyllab. disolûo, quadrisyllab. pituita, quadrisyll. pituita, triss. silûa, silua. Ten Oa, tenvia, arietes, arjetes. Hinc illud Virgilij.

Fluuiorum rex Eridanus, camposque per omnes.

Legendum enim est Flujorum, per Syneræsim, vel Fluorum.

De primis & medijs syllabis, præter generales regulas, superuacaneum duxi aliquid præcipere, quoniam res est immensi operis, & in quo varie distrahuntur Grammatici. De vltimis regulas exactas tradidimus. Illud tamen potest obiter animaduerti: Nomina in Inus, si materiam significant, habere penultimam breuem, vt cedrinus, elephantisus, Tyriantinus, Christalinus, & caetera huiusmodi.

Clandestinus penultima longa debet enuncieri, vt patrimus, matrimus, quia hæc materiam, vt illa, non significant.

F I N I S.

ALPHONSI SANCTII
Balistae Talabricensis de Grā-
matica Sanctij.

Temporibus laetis magno Cicerone tonante
Exeruit nitidum lingua Latina caput.
Ast illo extincto saeuo commota dolore
In duro iacuit lingua Latina solo.
Sunt multi adnisi arte illam relenare iacentem,
Digni queis Musae praemia digna ferant.
Gens fuit illa rudis, dura sic arte iuuabat,
Quur dabit ingenteis pauper agellus opes?
Ecce suam tandem ostentat facundia pompam,
Et priscas vires iam sibi restituit.
Sanctius hanc nobis sartam tectamque tuetur.
Sii sperare nefae omnibus vltterius.

SANCTI V S, A D
Librum suum.

Erunt vulnifico, libelle, dente
Qui te fortè petant, truciue lingua
Conscindant, video, quod vnus assis
Turbæ obsistere copiosiori,
Quam cui praeualidae decem phalanges
Pugnent: vnus aestimabis assis
Hos: velut que puer sinister aurem,
Qui somnum simulet, tacebis vsque
Derisus, stupidos, parumque doctos
Et quantum est hominum inuenustiorum
Omnes vnus aestimabis assis.

ARTE PARA EN BREVE SABER

Latin. Compuesta por el Maestro
Francisco Sanchez Cathedratico jubilado
en Rhetorica, i Regente de Latin
i Griego en la Vniuersidad
de Salamanca.



*En Latinai Grammateias
regulas certissimas:*

*Sint procul tenebriones,
qui docent falsissimas.*

Por ser esta Arte sacada de los Principes de la
lengua Latina, ningun precepto hai en
ella, que se pueda dezir, que es sacado de
alguna de las otras artes.

Del prouecho que se faca de la Grammatica en Romance.

LOs antiguos Grammaticos Latinos viendo que la pureza de la lengua Latina despues de los tiempos de Augusto Caesar iua de caida, començaron a reducir a arte la grauedad de los passados, porque no se perdiesse. Pero estos maestros primeros, ellos deuieron ser tales como los discipulos que se les siguieron. Porque no es posible que los discipulos inuentassen de suio tantos impersonales, tantos generos de verbos Actiuos, Passiuos, Neutros, communes, i deponentes. Y despues de cada vno de estos cinco o seis Especies. Tantos Gerundios, tantos Supinos, i nombres communes de dos, i communes de tres, i otras mil impertinencias mui dañosas, que parece que se armaron para combatir, i abatir la lengua Latina. Ansi que a Dios pongo por testigo, i no me engaño, que no he visto Grammatico en mas de ciento que he rebuelto, que sepa Grammatica, aunque entre en ellos Quintiliano. De no saberse Grammatica viene a no saberse Latin, ni Logica, que esta del todo esta perdida. Dirame alguno que no ha mucho tiempo que passo Petro Bembo, que no solo fue perfecto Latino, pero crio tam excellentes ingenios en Prosa, i poesia, que pudieron competir con los passados, i los mejores. A esto respondo con tres razones. La primera es, que dio orden, i oi dia se guarda en Italia, que a los niños despues que sepan coniugar i declinar, les pongan en las manos a Virgilio, i Ciceron, que son mas claros que

Foemina, mas que genus nullo monstrante reponunt.

A estos

A estos decoran, a estos imitan, con estos se abraçan. La segunda razon es, que huien mucho de hablar Latin de repente, i mucho mas de leer en libros barbaros, cuiã doctrina no dexan de leerla en Italiano, como Auicena i otros anfi. La tercera es, que ia que aiã de seguir algunos preceptos no figuen a ninguna arte impressa, sino sus maestros les dan en lengua Italiana las reglas necessarias para entèder los autores. Esto es tanto prouecho que casi esto solo bastaua para que vno en poco tiempo venga en conosci- miento del Latin, si deprende las reglas en su propria len- gua, o en otra que el sepa bien.

Las artes Griegas, Hebreas, i Arauigas en Latin, o en Ro- mance tienen las reglas, i los exemplos en su lengua.

Mucho mejor se toma de memoria lo que se entiende, que no lo mal entèdido, antes daña mucho decorar lo que * no se entiende por los malos accents que se pegan, i el gran trabajo con que se ganan.

Mejor se passa de la lengua sabida a la no sabida, que de la ignorada a la trillada.

La Grãmatica es para deprender Latin, i si esta en Latin, el niño ha menester maestro que se la declare, de aqui nã- cen muchas dificultades, porque no siempre tiene el ma- stro a la mano, i quando lo tenga, tiene mucho trabajo en perceber aquella estrañeza, i para retenerla otro maior, i al fin faltando el maestro, el discipulo dexala lauor. I aun si esto se hiziesse seria suffridero en alguna manera, pero es lastima de oir lo que passa, i dolor de escreuirlo, que hazen al niño decorar genero, i preteritos, i aũ toda el arte prime- ro que le vengã a construir i declarar lo que alli se con- tiene. Gran cargo de consciencia tienen, i tendran los que

por tal via han procedido. ¶ Dizen algunos grosseros, que
pues el niño va a la escuela a deprender Latin, que es bié
que comience luego a chascar en Latin, chascar dizen, i
otros mas pulidos dizen Engullir, i otros, que para mi son
irracionales, dizen: vel male, vel bene loquere cum M. No
merece esto respuesta, pero por satisfacer a algunos, que
por estos se podrian engañar, digo que el Latin de las artes
de Grammatica, no aprouecha para hablar, ni escriuir.
Allende desto ninguna cosa se habla entre Grammaticos
que sea Latin. Barbarismos son: Ego amo Deum: homo bo-
nus: agricola bona: dico quod: animaduertendū est quod:
teneor facere, per casum quem quaeris per eundem respō-
dere teneris, i otras mil maldades que porque no se quedē
encaxadas no las digo.

Quien quisiere ver quanto importa saber en Romance
el arte, si tanta gana tiene de llegar al Latin, tome dos ni-
ños de igual habilidad, i lleue al vno por Romance, y al
otro por el Arte Latina, i vera al fin de seis o ocho meses,
quanto mas presto, i con quantas ventajas, da mejor cuen-
ta de los autores Latinos el Romancista que el Latinista.

Otro prouecho, i este es admirable, se sigue del arte en
Romance que se puede, i deue tratar esta Arte en las es-
cuelas de leer, i escriuir, como leen otros libros, i coplas, i
aunque no se entienda (como se sabe de coro) en menos
de dos meses saben toda la Grammatica, i pueden ia oir
construction de libros.

No es posible menos, que en algun genero de versos,
escreuirse el arte para el Latin, porpue ansi se toma mas fa-
cilmente, i se retiene mejor. I no diga nadie que sera mas
escura en verso, porque para quien no entiende la senten-
cia,

cia, todo es vno. I pues anfi como anfi, toda arte (como di-
ze Marco Tullio) tiene necesidad de maestro, mejor que-
da en verso que no en prosa.

Anda vna arte en Romance del maestro Busto para los
pajes del Principe impressa con priuilegio año. 1532. en
cuyo proemio hai vn largo discurso del prouecho de las
Artes en Romance.

El doctor Frias de Albornoz natural de Talauera, i Ca-
thedratico de Leyes en Offuna, hombre doctissimo, i en
todas lenguas perfectissimo viendo mi arte en Latin im-
pressa el año de. 1566. me escriuio entre otras cosas estas
mismas palabras. Vi el arte que v.m. compuso, i agradame
estrañamente el methodo, i breuedad: aunque siempre fui
de opinion que los principios de qualquiera lengua deue-
ser enseñados en lengua que sabe el discipulo, i no en la
lengua que le es enseñada. Porque quié pudiere entender
el verso de v.m. o de Antonio, con maior facilidad enten-
dera el de Terétio: para cuyo entédimiento se eddereça el
arte que v.m. haze en aquel verso. I esto se vee claro en la
lengua Griega, que ningun Latino la entendera en toda la
vida por Theodoro Gaza, a causa de estar escripta en len-
gua Griega, i por Urbano la entendera con facilidad. Por
esto desseo mucho v.m. haga el arte en Romance, con los
exemplos en Latin, i con la mas claridad, i breuedad que
sea possible, en prosa, o en copla como mejor le pareciere,
de forma que aquellos principios se puedan tomar con fa-
cilidad, &c.

En este Romance va guardada la Orthographia Latina,
como diphthongo, philosophia, dictiones, oration, prae-
sidente, coniunção, &c.

Reglas para perfectamente leer, i pronunciar Latin.

Rvego i encargo la consciencia a los maestros que enseñan a leer Latin, que se emienden de tan graues errores como nos han enseñado siempre, esto se puede hazer facilmente guardando estas reglas, que con el vso seran faciles.

A.b.c.d.e.f.g.h.i.l.m.n.o.p.q.r.s.t.u.x.z. Este es el a.b.c. Latino, en el qual no hai Cha, che, chi, cho, chu. Ni ça, ce, ci, ço, çu. Ni ya, ye, yi, yo, yu. Qualquiera que mezcla en el Latino letras estrangeras hierra mucho.

En qualquiera lengua es regla cierta que la consonante no puede mudar el son que hiziere con la a: vt Ca, ce, ci, co, cu. Sonamos Cicero, auiedo de sonar Kikero: en esto tanto hierran los Italianos como nosotros. Mal hazen los que mudan en vn verbo o nombre la pronunciacion, como locus, loci, loco, locum. Lego, legis legunt. Siempre se guarde el sonido de Ga, como Ga, ge, gi, go, gu.

Ta, te, ti, to, tu, se diga siempre, aunque tras la ti, se siga vocal, vt gratia, iustitia. Este es gran horror, i digno de castigo, i introduction de mucha ignorancia, porque se cometen dos graues errores: el vno sonar la T, por, C, que que es sonido de anseres, o de Moriscos, i el otro mudar la T, en otra letra aunque fuera mejor digan. iustitia, prudentia, como dizé Iustus, molestia, hostia, hostium, ostiú, angustior, i otros desta sueree, io he visto hombres doctos estranjeros que pronuncian, iustitia, con t: i hazen mucha diferencia de los nombres semejantes quando tienen C, vt foelicia, vlticia, ferocia.

Los diphthongos han de sonar sus dos letras enteras en vn sonido, i como dezimos, vais andeis, corrais, hoi, voi, ansi se ha de dezir en Latin magnaē petrae, mui diferente de, magne petre. Coelum por el cielo, se ha de dezir, porque viene a Cao, vel a concauo, i quien bien lo pronuncia re escusa dos errores, el vno de pronunciar la C, por ç, que es gran barbarie, i el otro de quitar al diphthongo su virtud haziendo de oe, E. Lo mismo digo de coena, que trae origē de coire, como coetus, de coitus, que es aiútamiēto.

La letra y, es sola de los Griegos, no se que de satino fue en Castellano, i Latin sonarla por i, es u Griega, i no se halla sino en nombres Griegos, en los nuevos moldes ia no viene sino zepurus murta, sulla, musteriū, i kurie eleeson.

¶ La tercera declinacion se fuele dexar al vso: mas si alguno la quisiere ponese aqui entera.

De cient Rectos la tercera, en Is siempre crescera

A, pide Atis. E no cresce, O, onis alargara.

Inis, Homo, Apollo, nemo, ordo, cardo, que es quicial.

Margo, turbo, i los en, Do, Go, caro carnis, comera.

Vnedo, onis: Anio & Nerio Enis, & lactis de lac.

L.N.R.T. en Is pasan, & caput capitis da.

Inis, Men, cen, pecten, vnguen, inguen, i breues saran.

On ontis Griego. Cor cordis, que a los suos regira.

E pierde A cer, imber, ceber, i ninguno crescera.

Ter, i Ster Latino E pierden, solo later sacaras.

Huyo Itiner, i vsan iter, Itineris le daras.

Iouis,

Iouis, ioui, iouem, ioue, de Iupiter facaras
 Robur, ebur, femur, iecur, por Oris abbreviarian.
 As, A tis luengo: amas breue. A dis, i Antis. Gregos van
 As afsis, vas vadis vasis, mas maris engendrarán.
 Es itis, i todos breues, i ocho en Etis bolarán
 Perpes, praepes teres, hebes, paries, aries, indiges
 Interpres, Graecos alargan, & locuples, inquis
 Edis, pes, merces, & haeres. Sedeo, idis, praefides.
 No crescen vates, ni verres, ni foemininos in Es,
 Saco in Ejis, seges teges, abies: quies largo es.
 Ceres cereris. i Es Griego Propio, o crelee, o par es.
 Is, no cresce. Griego in Idis: con lapis & cuspide.
 Itis, tarda en dis, lis, quiris, Samnis. Glis gliris querra.
 Eris cinis, vomis, puluis, cucumis, & impubis
 Pollis, sanguis, Inis breue. Entis Simois Pyrois,
 Os, oris: i en Otis largo nepos, dos, sacerdos, cos:
 I el Griego. Bre ue impos, compos: Minos ois, Trois Tros.
 Custos custodis, Os ofsis. i bouis abbrevia bos.
 Vs, corre Eris: treze in oris: nemus, decus, facinus.
 Tergus, frigus, pectus, tempus. litus, pecus, leporis,
 Corpus, foenus, pignus: i v dis, subscus, incus, & palus.
 Vtis, virtus, salus, iuuentus, senectus & seruitus,
 I adiectiuo intercus breue, no ai recto de pecudis.
 Monosyllaba, & tellus, uris, grus gruis, & suis sus.
 Pús podos breue: i los suos: in vtis, poblacion ai,
 A Es dat aeris, & praes praedis, laus fraus audis daran.
 S, tras la consonante en Tis, se suele mudar,
 En dis, lens, glans frons mudaron & nefrens, & libripens.
 Bs, Ps, I, en xeren: i hiems, auceps caçara aucupis.
 E, final con I, se acorta como princeps principis.

X, en Cis, se prolonga mas supellex lectilis
 E, por I, se trueca en breue, veruex, halex, guardan E.
 Gis, aman, lex, grex, i remex. Rex, Phryx, mastix, coniugis.
 Impetix, Itrix, Styx, & frux, i muchos de Graecia
 Chis onyx, nox noctis guarda fenex senis, nix niuis.

De Accusatiuo.

Foeminino Is, que no cresce Em, vel Im, al quarto da.
 Mas Im, sola fitis, tussis, peluis, vis, buris dara.
 El Griego que no crescere Im, vel IN, acabara.

De Ablatiuo.

Fenece en E, el ablatiuo: imber E, vel I, querra.
 I los en Trix, i adiectiuos: supellex, con amnis va
 Ignis, postis, vectis, anguis, vnguis, rus le seguira.
 En I, plus, i Al, Ar, E, neutros: E, far, nectat, iubar, hepar.
 Im, vel In, si tuuo el quarto, sexto de I, se pagara.

De casibus pluralib.

Recto, i quarto en Es fenecen: i en Ia, si el sexto es I,
 En A, los comparatiuos, con plus, i vetus lo vi.

De Genitiuo plur.

Quien en singular no cresce, en ium cresce, vt ouium
 Syncoparon canis, senex, & vates, & iuuenum.
 Lis, dis, quiris se cortaron, Litis, litum, litium.
 Il, Ar, i S, sin vocales, con os, dos. cos, as, mas, vas.
 Et cor, mus, glis, bes, praes, crus, plus, i adiectiuos en As,
 Bos boum, bobus bubus, ibus, i Atis Griego da.

F I N I S.

X. en Ciste prolonga...
A. por l'le...
G. en m...
Imperix, hix, dix, & hux, i muchos de Gaseix
Ois onyx, nox noctis gubal feneix fenis, nix nulis

De Aculano.

Forminio E, que no arde E m, vel m, al quarto...
M. s. m. tola hix, tuis, p. hix, vis, hix, d. a. r. a.
El Griego que no coliere hix, vol m, acobara.

De Ablatio.

Fenece en E, el ablativo mber E, vel I, d. u. e. r. a.
I los en Trix, iadichines, iudelles, con amnis va...
Igis, petis, vechis, anguis, vagnis, tuis, la tignis.
En solus, i A. A. T. i. n. e. n. o. s. t. i. a. r. a. c. e. t. a. r. i. b. a. r. a. p. a. r. a.
m, vel la, n. i. n. o. e. l. p. a. r. t. o. t. e. x. t. o. d. e. l. e. p. a. g. a. r. a.

De casibus pluribus.


Rege i g. n. t. o. e. n. E. s. t. a. n. c. e. n. i. e. n. l. a. n. e. l. t. e. x. t. o. e. s. t.
En A, los comparativos con plus, i veus lo xi.

De G. r. i. n. o. p. l. u. r.

Quien en singular no crece, en un crece, ve con un
Syncope en canis, iunex, & vases, & inuenum.
I. s. d. i. s. p. a. r. i. s. t. e. c. o. r. t. a. n. o. I. i. d. i. s. i. t. u. m. I. i. c. i. u. m.
I. A. i. s. i. n. v. o. c. a. l. e. s. c. o. n. o. r. d. o. s. c. o. n. s. m. a. s. v. a. s.
I. c. o. r. m. u. s. g. l. a. b. e. s. e. n. e. s. c. u. s. - p. l. u. s. i. a. d. i. c. t. i. o. n. e. n. i. s.
I. o. r. d. o. n. u. m. I. o. b. u. s. p. u. b. u. s. I. o. n. a. i. A. n. i. s. G. r. i. g. o. h. a.

F. I. N. I. S.

...
...
...





210/26

